*ff. eod.* Omnes autem generales actiones nõ dantur niſi finito contractu. Vt tutelæ, negotiorum geſtorũ, & alię. *L. rationes. de adm. & pericul. tut.* Interdum tamen hæc datur manẽte ſocietate, ſed ſpecialiter, id eſt inſpeciem certam, puta, vt comunicetur aliquid ex ſocietate, quod retinet alter ſocius. Cujac. *vbi nuper.*

nam fidem pręſtet; & acti etiã culpam in eo, quod ex ante geſto pendet, (B) ſed vt intelligamus hæredem neque ſocium eſſe, neq; in vllã partem commodi, aut in commodi, quod ex ea ſocietate eſſe poſsit, in reliquum tempus vocari. (C)

(B)

*L. nemo. 35 verſ in hæredem. ff. pro ſocio. L. & acti. 36. L. verum 63. §. in hæredem. 8. ff. eod. L. 4. verſ. 1. L. actio § morte ff. eod. tit. L. 10. tit. 10. partit. 5.* Anton. Gomez *tom. 2. variar reſol. cap. 5. num. 6 in fin.* Sed obſtare videtur text. *in L. vt ſit. 31. ff. hoc noſt. tit.* Anton. Faber. *in dict. §. in hæredem* 8. & præſertim *in §. morte. 9. dict. leg. 65. hoc tit.* Satisfacit argumento tex *in L. inter cauſas. 26. in princ.* & tex. *in L. ſi præcedente. 58. ff. mandat.*

(C)

Niſi ea reſulet ex negotiationibus cæptis à defunto, quas hæres perficere tenetur. *L. nam, & ſervius. 21. §. ſi vivo. 2. ff. de negot. geſt. L. hæres ſocij. 40. ff. pro ſocio* Aut ex geſtis ab ignorante mortem ſocij tex. expreſſus *in L. actione. 65. § quod ſi integris, ff pro ſocio.* Felic. *in dict. cap. 32. à num.* 54 qui in num 60. reiicit ſentẽtiam Petri de Vbal. *in dict. tract. de duob. fratr.* defendentis: Lucra, & damna eße comunia cum hærede defunti, & ipſe docet ideo ſuſtineri ſocietatem, mortuo ſocio; ne ignorans, & gerens damnum patiatur; At non vt hæres ſocij lucri partem percipere queat.

---

Propugnabit eas NICOLAVS FRONTONIVS FLORES, ET CASANOVA Iur. Can. ſtudioſus. Præerit GASPAR DEL CORRAL LOPEZ DE RVESTA Juris vtriuſque Doctor.

Dies erit 26. menſis Ianuarij, Anno 1689.

Ab nora 2. poſt meridiem.



# IVRIDICÆ ASSERTIONES EXCISSÆ.

## *Ex text. in §. at hi 10. Inſt. de hæredit. quæ ab inteſt. defer.*

I.

BONORVM poſſeſsionem: *Vndè liberi*: Quam Prætor naturali (A) æquitate motus liberis (B) emancipatis Iure Civili pęnitus deſtitutis (C) acomodat, vt ad

(A)

*L. 1. ſi à par. quis man. ſit, l. legatorum 1. §. 2. vt legat. l. 1. de collat. bon. quàm præ oculis Prætor ſemper habet, l quod epheſi 4. §. 1. de eo quod certo loc. l. 1. Vndè liberi, l. 13. §. 3. de bon. poſ. cõt. tab. Præcipuum enim Prætoris officium eſt, nimiam Iuris Civilis aſperitatẽ æquitate temperare, arg. tex. in prin. Inſt. de bon poſſ.*

(B)

*L. 2. verſ. Ex novis, de cap. min. liberorum nomen retinent, & ſi emancipati naturale enim eſt, d. l. 7. eoque Iure Civili dirimi nequit, l. 1. 3. & 4. Vnde lib l. 8. de reg. iur. Petrus Celenſis, lib. 1. epiſt. 9.* Civilia nunquam naturalia. corrumpunt. *Petr. Fab. & Iacob. Gotofr. in d. l. 8. nec facit, poſſe acquiri cognationem, quæ nomen naturale eſt, §. 1. Inſt. de leg. agnat. tut. l. non facile. §. 1. de grad. per actum Civilem adoptionis. l. 23. de adopt. l. 4. §. 10. de gradib. ſicque, & per actum Civilem amitti videri, arg. text. in l. 35. & l. 153. de reg. iur. Donell. 8. comment. 36. Fab. in iuriſp. tit. 10. prin. 1. illat. 16. imò, & vinculum pietatis naturale, l. 5. de leg. Pomp. de parric. l. 4. de curator. furioſ. etiam per emancipationem diſolvi, l. vlt. ſi à par. quis man. Fab. vbi ſupra tit. 11. prin. 10. illat. 3. D. Ioannes de Solorzano de Parricid. lib. 2. cap. 3.*

(C)

*Text. in §. emnacipatos 3. Inſt. de exhæred. liber. §. 1. hoc noſt. tit. l. 6. de bon.*

ad inteſtati parentis ſui ſuceſſionem admittantur, (D) non habere eos, qui emancipati ſe in adrogationem dederunt, nõ dubitamus; (E) ante petitam quippè bonorum poſſeſsionẽ, ſtatus mutationem poſtea evenientẽ nihil filio obeſſe, quominùs id quod acquiſivit retineat, (F) pro certo iure habetur.

*bon. poſ. contra tab. cum, & inraſuitatis; & agnationis amittãt. l. 4. §. 10. de grad. l. in omni 13. de adopt. l. 35. in fin. & l. 55. de rit. nupt. & extraneorum loco habeantur, §. 6. Inſt. quib. mod. iuſ. pat. Donell. 2. com. 26. vbi Oſual. lit. C. Fab. lib. 3. coniect. 10. & lib. 19. cap. 17.*

(D)

*L. 2. l. 3. & toto tit. Vndè liberi, l. 1. §. fin. quis ordo in bon. poſ. ſerv. l. meminimus, verſ. Cum igitur. C. de ligit. hæred. l. 1. & 3. C. Vndè liberi, §. 1. Inſt. de bon. poſ. & quidem colore quodam ſuitatis, reſciſſa capitis diminutione, l. 6. §. 1. de bon. poſ. l. non tantũ 3. §. 7. de bon. poſſ. cont. tab. Retes in adverſ. cap. 18. n. 7. vndè lucem accipit text. in l. 26. §. 1. de pignor. & hyp.*

(E)

*L. ſi emancipatus 6. §. ſi filius 4. de bonor. poſſ. cont. tab. l. ſi nepos 5. de coniugend. cum emancip. lib. Retes vbi ſupra cap. 13. & 14. l. 3. §. 6. l. non putavit 8. §. in adoptionem 11. de bonor. poſſeſ. cont. tab. l. 3. Vndè liberi.*

(F) *Textus in l. vltim. ff. vndè liberi.*

## II.

CVm adoptio actus vtpotè civilis, & legitimus (A) per aliũ civilem diſolvi queat, imò,

(A)

*L. 3. & 4. de adopt. l. 1. C. eod. ita,* vt fiat ei legibus filius, cui natura filium proprium denegavit. *Vt loquitur Iul. Firmic. 6. matheſeos, cap. 31. cui conſonat Claudianus in 6. Honor. Conſulat. dum cecinit:*

Hic illi mansère viri quos mutua virtus
Legit, & in nomen Romanis rebus adoptans,
Iudicio pulchram ſeriem non ſanguine duxit.

*Adoptionis ſolemnitates ſuſtulit Iuſtinianus vt conſtat ex l. vlt. C. de adopt. §. ſed hodie Inſt. cod. an quis poſſit ad tempus, ex tẽpore, ſub conditione, aut per aliũ adoptare. Obſervandi tex. in l. poſt mortem 25. in fin. de adopt. iuncto Retes 1. opuſc. 22. num. 23. l. nec apud peregrinos 7. C. de hæred. Inſt. l. ſi paterfam. 41. in fin. & l. ſeq. de adopt. §. minorem Inſt. cod. Petrus Faber. 2. ſemeſtr. cap. 23.*

*Ar-*

(B) imò, & tanta facilitas adoptionis ſit, vt poſsit quis vno die filius fieri, & extraneus per emancipationem inveniri, (C) placuit, filium exeuntem de poteſtate patris adrogantis, & nullo vel juris, aut ſanguinis vinculo manente, (D) jura ſuitatis amitentem, iterum à Prætore ad ſucceſsionem naturalis parentis admiti, (E) ac ſi adrogatio nunquam interceſſiſſet.

(B)

*Argum. l. 8. de reg. iuris, & tex. in §. vlt. de legit. ag. tut. l. 10. C. de adopt. l. nihil tam naturale 35. l. fere 153. de reg. iuris Borcholt. in d. §. 3. de legit. agnat. tut. & in §. fin. de capit. diminut.*

(C)

*L. 9. & 10. C. de adopt. §. ceteri 3. Inſt. de hæred. qual. & diff. Donel. 7. com. cap. 3. Duar. ad tit. de adquir. hæred. cap. 2.*

(D)

*L. 6. §. 1. de bon. poſſ. l. 4. §. 10. de grad. l. 13. de adopt. ibi:* Finita Patris adoptivi poteſtate nullum, ex priſtino retinetur veſtigium. *Cujatius lib. 36. quæſt. Pap. in d. l. 13. imò & patriam dignitatem amittit, l. 6. & 7. de ſenator. l. 4. C. de decur. l. ordine, §. vlt. & ſeq. ad municip. Concinit Tulius in oratione pro domo ſua, ibi:* Adoptatum emancipari ſtatim, ne filius ſit eius qui adoptavit. *Et ideo nec ab inteſtato, nec contra tabulas admittitur, §. eadem 12. hoc noſt. tit. & §. adoptivi 4. de exhared. lib. l. 1. §. liberos 6. ſi tab. teſt. nullę ext. & vndè liberi.*

(E)

*L. liberi 4. ff. vndè liberi cum adoptionis iura diſſoluta ſint per emancipationẽ. l. 1. §. 6. ſi tab. teſt. Ceſſante autem cauſa effectum extingui neceſsè eſt, l. adigere 6. §. quamvis 2. de iure patron. l. vlt. quib. ad libert. proclam. non lic. l. ſenatoris filius 8. l. fœminæ de ſenator. §. 2. Inſt. de nupt. & tunc à Prætore velut inter ſuos annumeratur, l. 1. §. 2. de ſuis, & leg. l. 5. C. de legit. hæred.*

## III.

SEd quia emancipatione intercedente filius debeat exire à poteſtate patris adrogantis, (A) vt bonorum poſſeſsionem

(A)

*L. vtrum 9. de bonor. poſ. cont. tab. ſufficit enim eſſe in familia adoptiva, vt bonorum poſſeſſio ei denegetur. Faber in Iuriſp. tit. 10. princ. 1. illat. 12. Emmanuel Acoſta lib. 1. ſelect. cap. 15. n. 2.*

*Cu-*

nem ad inteſtati parentis ſui naturalis ſuccesſionem adipiſcatur, exeuntè filio per patris adrogantis mortem ab illius poteſtate nullatenùs ſuccesſioni ad parentis naturalis bona locus remanet, nam qui iam in vna (B) familia iura ſui hæredis obtinuit, minimè ea in alia debet (C) appetere.

*Cujat. tract. 4. ad Afric. in l. ſi duobus* 14. §. 1. *de bonor. poſſ. cont. tab.* Retes *in adverſ. cap.* 5. *num.* 9.

(B)

*L.* 3. §. *ſi pater, l.* 6. §. *ſi filius, l.* 8. *l.* 9. *l.* 14. §. *filius de bonor. poſſ. cont. tab. cum non minus in ſacris parentum conſtituti filij adoptivi, quam naturales dicantur, l.* 1. §. *is quoque de collat. bon. l.* 17. §. *in adoptiva, de muner. & honor. l.* 39. *de oper. libert. ita vt adoptatus adoptãtis nomem ſortiatur, vt ex Apiano lib.* 3. *bel. civ. & Tacito lib.* 3. *annal. Suetonio in Tiberio cap.* 6. Poſt redditum in vrbem â M. Gallio Senatore teſtamento adoptatus, hæreditate adita mox nomine abſtinuit, quod Gallius adverſarum Auguſto partium fuerat. *Vndè Iuſtinianus noſter à Iuſtino patre ſuo adoptivo nomen ſumpſit, cuius ipſe meminit in* §. *eſt, & aliud* 3. *de donat. & in* §. *pen. quib. mod. teſt. infirm.*

(C)

*L. pen. C. de adopt. ratio enim iuris non patitur, vt quis ius ſui hæredis habeat in duabus familijs. Contra autem Centumvirale iuditium antiquitus contigit ob excelentiſſimi filij gratiam, vt refert Valerius Maximus lib.* 6. *cap.* 7. Marcus Annelus, Marcij Carſeolani Splendidiſsimi Æquitis Romani filius â Suſanate avunculo ſuo adoptatus teſtamentum naturalis patris, quo præteritus erat, apud centum viros reſcidit.

## IV.

ETſi emancipatio à patre adrogante quocumque tempore facta nihil iuris in eius bonis (A) filio relinquat; vt tamen ei bonorum poſſeſsio ad

ſ c-

(A)

*Arg. text. in l. provt* 80. *de ſolut. l.* 2. §. *obijcitur* 15. *ad Tertyl. l.* 1. §. *& ſui, l.* 3. §. *ſed ſi ſit, de bonor. poſſ. cont. tab. l. ſi quis,* §. *vlt. de lib. & poſthum. Anton. Fab. in Iuriſp. tit.* 11. *prin.* 1. *illat* 24.

ſuccesſionem patris naturalis, quã per adrogationem amiſsit, reſtituatur, debet celebrari ante huius mortem, (B) alioquin eſſet in poteſtate patris adrogãtis, num ſucederetur ex teſtamento, an ab inteſtato; & ſi ab inteſtato quinã ſucceſſuri eſsẽt? liberi ne ſi emancipentur, an agnati, ſi liberi in poteſtate retineantur; quod iuris ratio (C) non patitur.

(B)

*Dict. l.* 6. §. *vlt. de bon. poſſ. cont. tab.* Retes *in adverſ. cap.* 5. *num.* 8. *l.* 2. *verſ. Hi enim, l.* 4. *vnde lib. l.* 1. §. *liberos* 6. *l. liberi* 4. *ſi tab. teſt. nec intereſt, an adoptatus, anvè adrrogatus emancipetur, dummodo vtroque caſu emancipatio præcedat mortem patris naturalis.* Notat Vinnius *ad* §. 4. *de exhered. liber.*

(C)

*L. illa inſtitutio* 32. *de hæred. inſtit. ne ex alieno arbitrio pendeat ſucceſſio fac. tex. in l. ille autem, & l. ſi quis ſempronium, l.* Captatorias, *l. clemens,* §. *fin. eod. l.* Nonnumquam *de condit. & demonſt. l. item ſi vnus,* §. *idem Pomponius quærit de arbitris, l. ſi in diem, de condit. & demonſt. l. ſi ita legetur de leg.* 2. *l.* 11. *de leg.* 3. *Acoſta lib.* 1. *ſelect. cap.* 21. *num.* 2. *Antonius Aguſtin. lib.* 4. *emend. cap.* 15. *Cujatius lib.* 2. *obſerv. cap.* 2. *& ad l. ſenatus,* §. *legatus de leg.* 1. Retes *ad notas Claudij in l. vxorem* 41. §. *ſcævola* 13. *de leg.* 3. *fol.* 440. *licèt ea ratio ſimplicitèr concepta non placeat Ioanni Fabro in hoc n.* §.

## V.

CÆterum licèt in linea teſtati, & inteſtati bonorum poſſeſsiones, *Contra tabulas, &, Vndè liberi,* pariter currere videantur (A) ſunt tamen perſonæ habentes bonorũ poſſeſ-

(A)

*L.* 1. §. *rectè autem, ſi tab. teſt. nullæ ex tab. ibi:* Rectè autem Prætor à liberis initium

ſeſsionem, *contra tabulas*, quibus ſine teſtamento patre decedente negaretur *vndè liberi*, adoptati nimirum, (B) in poteſtate patris adoptivi exiſtentes; non autem adrogati, (C) cum magis extranei patri naturali cenſeantur.

tium fecit ab inteſtato ſucceſſionibus, vt ſicuti contra tabulas ipſis deffert, ita, & ab inteſtato eos vocet. *fac. l. quotiens 12. C. de ſuis, & leg. l. 1 quis ordo in bō. poſ l. 12. de ſuis, & leg. Novella 118. cap. 1. §. 2. Inſt. de hæred qual. Gothofred. in d. l. 1. §. rectè 5. lit. M. & ad ll. 12. tab. tit. de hæredtat. quæ ab inteſt. defferunt. Viglius in §. vlt. de exhæred. liber.*

(B)

*L. 1. § is quoque 14. de collat. bon. iuncta l. non putavit 8. §. in adoptionem 11. & l. ſi adoptionem 11. de bonor. poß. contra tab. nam Prætor non habebat omnino extraneum, quem pater, tamquam filium tractavit, eumque hæredem inſtituit, vt ex Labeone ſcribit Vlpianus in d. l 8. §. in adoptionem iuncto §. vlt. & l. ſeq. l. ſi poſt mortem 10. §. 1. & 2. l. cum emancipatus 13. §. 1. & 2. de bonor. poſ. contra tab. l. 1. §. ſi filius 12. de vent. in poß. mit. Fab. vbi ſup. tit. 10. princ. 1. illat. 12. Retes vbi ſupra cap. 5. num. 8.*

(C)

*Arg. l. pen. C. de adopt. Faber. vbi nuper.*

## VI.

OBſervandum tandem, non ſemper corrigendi iuris civilis gratia, ſed & adiuvandi, (A) ſive confirmandi hanc bonorum poſſeſsionem à Prætore polliceri, vti etiam ad ſucceſsionem eius, in cuius nunquam poteſtate fuit is, cui datur, ſcilicèt nepoti in poteſtate retento ad ſucceſsionem patris ſui emancipati. (B) Sed Iuſtinianus Conſtitutionibus ſuis (C) ius quod circa emancipationem, & adoptionem obtinebat, immutavit adrogatione, vt antea derelicta.

(A)

*§. 1. Inſt. de bonor. poſ. §. 3. de exhæred. lib. §. 9. de hæredit. quæ ab inteſt. §. 3. de leg. agnat. ſucceſ. vbi Bachovius, l. 7 §. 1. de iuſt & iur. datur enim & ſuis, & legitimis, & hæredib⁹ ſcriptis §. ſunt autē 3 de bonor. poſ l. 2. §. interdum de ſuis & leg. l. 2. §. deffertur. verſ. Nam ſicut de bonor. poſſ. ſec. tab. l. in pluribus 69. verſ. Idem iuris de acquir. hær. l. 1. quis ordo in bon. poſ. ſerv. l. 1. §. ſed videndū de ſucceſ. edic. Vinnius in princ. tit. Inſt. de bon. poſ.*

(B)

*L. 7. de bonor. poſ. cont. tab. l. 6. §. 2. eod. quia ſuus futurus erat patri ſuo, ſi pater non fuißet emancipatus, l. 4. l. ſi pater filium 6. vnde lib.*

(C)

*L. 10. C. de adopt. §. ſed hodie 2. Inſt. eod. l. vlt. C. de emancip. liber. Novella 118. cap. 4. & 5. Gomez lib. 1. variar. cap. 1. Donel. 2. com. cap. 22. & lib. 3. cap. 6. Fab. in Pap. tit. 10. princ. 1. illat. 12. Cujat. in d. Novell. 118.*

Aſſertor erit EMMANVEL DEL GAZO, ET LA MATA, Iuris Canonici ſtudioſus. Præerit BRAVLIVS SALVADOR, ET BERNAD, I.C.B. 12. Kalendas Decemb. Locus Academiæ Clauſtrum. Hora 2. poſt meridiem. Anno 1689.

CÆSAR-AVGVSTÆ: APVD EMMANVELEM ROMAN, VNIVERSITATIS TYPOG.

# THEMATA IVSTINIANEA.

## OCTIDVO COLLECTA:

*Ex text. in §. rurſus 5. Inſtitut. de Actionibus.*

I.

QVAMVIS vſucapio ſemel completa Iure Civili reſcindi nequeat; (A) introduxit tamen actionem Prætor, media qua, quod quis vſu ſuum fecit reſcinditur, quæ ideô publiciana reſciſſoria (B) vſucapionis nuncupatur: veluti ſi quis cum Reipublicæ cauſa abfuerit rem illius, qui in Civitate eſt vſuceperit; neque enim

(A)

*L. non videtur* 13. *l. nihil* 112. *de reg iur. l.* 108. *de V.S.l.* 1. §. 1. *in fin. pro ſuo , l. traditionibus, C. de pact.* §. *namque* 4. *Inſt de action. Manzius h.* § *n. num.* 5. *Ita vt poſt finitum vſucapionis tempus adhuc in Foro conſtientiæ rem reſtituere nō teneamur de quo latè GilKenius part.* 2. *mem.* 2. *cap.* 8.

(B)

*L. nec non* 28. § *penult. & vlt. ex quib. cauſ. mai. Cujat.* 7. *ad Afric. dicitur etiam reſtitutoria, & inſtitoria, vt in caſu, l. Iulianus* 17. §. *fin l. ſi quis Titius* 41. *l. ſi quis ſtipulatus* 42. *ex quib. cauſ. ma. l. quāvis* 8. § *ſi cū eſſē ad Vellei. l.*35. *de O. et A. Miſin. in h.* §. 5. *Sed reſtitutoriā eā ſēper dici autumamus ſivè ius quæſitū, ſivè quærendū ex iuſta cauſa reſtituat. Paz. in prax tom.* 3. §. 2. *num.* 14.

*Argu-*

enim abſentia ſolum, (C) ſi nihil aliud accedat, poſſeſſionem interrumpit, nec intereſt, ex qua cauſa quis abſens fuerit; (D) itaque præſentes contra abſentes ex ſecunda edicti parte (E) in integrum reſtituuntur, cum nulla aliorum abſentia eis damnoſa eſſe debeat; (F)

(C)

*Argumento l fin. C. ſi per vim vel alio modo poſſeſſ. tur. ſit. l. fin. de adquir. poſſ. abſens, & civilem, & naturalem retinet poſſeſſionem, Gilkenius part. 2. mamb. 3. cap. 3. num. 11. ſolo animo retinetur poſſeſſio, l. 3. § neratius de adquir. poſſ.* Retes 1. *opuſc.* 14.

(D)

*L. item ait 21. § 1. ex quib. cauſ. mai. neceſſaria ne, aut probabili, an planè voluntaria. Vinius h. § n. num. 2.*

(E)

*Dict. l. 21. l. ſed, & ſi, § 3. ex quib. cauſ. Arnoldus Vinius h. §. n. num. 3. Bachovius in comment. ad pandect. ad tit. ex quib. cauſ. cap. 3. & diſput. 3. de actionib. theſ. 28.*

(F)

*L. 140. de reg. iur. generaliter enim officium publicum nemini vel damno vel compendio eſſe debet auct. Afric. in l. videlicet 28. exquib. cauſ. iunct. l. ſciendum 18. & l. ſed, & ſi 26. § quoties 8. & l. nec non, § vlt. l. cum miles 30. in princ. & § 1. eod. notandus tex. in l. ſed, & ſi quis 7. quæmad. teſt. aper. Iacob. Gothofred. & Pet. Faber in d. l. 140. de reg. iur. Donell. lib. 21. comment. cap. 5. Duaren. ad tit. exquib. cauſ. pag. 132.*

## II.

Cæterum licèt vſucapio captivitate interrumpatur, (A) ita vt nec poſtliminio poſsit redintegrari, (B) tamen ſi qui fuerunt in poteſtate captivi rẽ teneant ex cauſa peculiari, poterunt eam vſu capere, quin

(A)

*L. denique 19. l. 30. exquib. cauſ.* Retes 6. *opuſc.* 11. *Faber 2. ſemeſt. 25. Valentia tract. 3. cap. 4 num. 15. l. ſi is 15. in princ. de vſucap l. ſi poſtliminium 29. de captivis. iuncto Ortega ad Labeonem lib. 6. Santolaria interp. 22. per tot. Altamiranus lib. 15. quæſt. ſcævolæ in l. ſi pater 29. de vulg.*

(B)

*Dict. l. 19 exquib. cauſ. Quæ facti ſunt poſtliminio non recuperãtur, & poſſeſſio plurimum habet fac-*

quin captivitas patris; aut domini eis impedimẽto ſit. (C) Et tunc præſentibus contra eos, qui apud hoſtes fuerunt etiam reſtitutionẽ Prætor indulget; (D) non minuûs ac ſubveniũtur qui in Civitate ſunt adverſus Milites, qui Reipublicæ cauſa etiam abeſſe (E) dicuntur. Adverſus relegatũ verô ex generali ædicti clauſula (F) reſtitutionem faciendam eſſe cum Pomponio (G) cenſemus.

*facti, d. l. 19. & l. 39. de adquir. poſſ. l. 3. § 1. & l. 23. eod. l. 11. l. 15. l. 44. in fine de vſucap l. 12. § 2. & l. 19. de captivis. Imò plurimum iuris, l. poſſeſſio 49. in prin. de adquir. poſſ. Galvan. de vſufruct. cap. 34. num. 7.*

(C)

*Dict. l. ait Prætor, § hic planè 3. exquib. cauſ. l. 15. § iuſto 44. de vſucap.*

(D)

*Dict. l. 23. § 3. niſi ad hoſtes transfugit, l. ittem 14. cum l. ſeq. exquib. cauſ. aut vel apud hoſtes mortus fuerit. Nec facit l. 15. in prin. d. tit. Idẽ contra eũ qui inſervi. ute fuit, l. 1. & l ei quoque ex quib. cauſ. Habita ratione ſervitutis ex cauſa, & modo d. l. 11. l. is autem 12. d. tit.*

(E)

*L. milites 7. l. miles 34. l. pen. l. qui mituntur 15. § fin. l. cum miles 30. exquib. cauſ. l. 1. de re milit. l. 1. cum l. ſeq. C. de temp. in intergr. reſt. l. vlt. C. de reſt. milit. Gotoſred. in d. l. 7. exquib. cauſ. lit. G. idem in militum medicis, l. inter eos 33. § 2. exquib. cauſ. l. 6. de iure immum. Bachovius ad pandect. cap. 5. Idem in militibus qui Romæ militant. d. l. 7.*

(F)

*L. ſed, & ſi 26. § 1. exquib. cauſ. id eſt ſecundi capitis huius edicti, l. ſiqua 40. § 1. eod..*

(G)

*Relatus ab Vlpiano in d. l. ſed, & ſi per Prætorem, § 1 exquib. cauſ. Nam per ſententiam non omnia bona adimebantur, cum relegatorum bona non cenſeantur publicata ob hoc ſolum quia relegati ſint, l. deportatorum 8. C. de pœnis, l. relegatus 14. § 1. de interdict. l. liberis 8. § bona 3. de bon. damnat. Faber in iuriſp. tit. 11. prin. 4. illat. 2.* Retes *de imterd. lib. 2. cap. 1.* Imò relegatus eſt, quem bona ſequuntur. *Vt ait Divus Iſidorus lib. 5.* Reg. *cap. 27.*

## III.

Hoc reciſsionis beneficium ſimiliter ab-

ſentibus contra præſentes; ex prima ædicti parte (A) conceditur; non omnibus tamen, ſed hijs dũtaxat, quorum abſentia, aut neceſſaria (B) fuit, aut volũtaria, (C) iuſta quidem, & probabilis, qualis eſt ſtudiorum cauſa; (D) & ſimiles; (E) quod procedit quoties procurator in Civitate relictus vel alius abſentis amicus defenſionem ſuſcipere noluerit, & ſi interpelaretur. (F)

Quod

(A)

*L. 1. exquib. cauſ. Ioan. Rob 3 ſect. cap. 1. edictũ exquib' cauſis maiores duplicẽ habet partẽ. Prima ſucurrit abſentibus contra præſentes. Secunda præſentibus contra abſentes. Quarum collatio extat in l. item ait Prætor 21. exquib. cauſ. mai. an detur hæredibus abſentiũ? Vide l. cum miles 30. exquib. cauſ. vel poſſeſſore rei hæreditatis? Habetur in l. Iulianus 17. d. tit. Emmanuel Coſta 2. ſelect. 18. nu. 3. quomodo abſentes poſideant, tradit Ortega ad Labeon. in l. 29. de captiv. num. 14.*

(B)

*L. 1. § 1. in prin. l. 3. cum ſeq. l. reipublicæ 36. l. non vere 42. ex quib. cauſ. ma. quot modis quis dicatur abeſſe, tradunt. Bachovius ad d. tit. exquib. cauſ. ma cap. 1. Nicolaus BeKmanus in Medulla Iuſtin. ad tit. exquib. cauſ. & obſervandi tex. in l. 1. § 1. l 4. in prin. l. 15. § 2. l. 21. § fin. l. 28. § 3. l. 35. § 7 & 8. l. 34. exquib. cauſ. maior. l. 3. C. de reſt. Milit. l. 2. § 8. ſi quis caution. iud. ſiſt. Novell. 4. cap. 1. Authent. præſente, C. de fideiuſ. l. 2. § 3. de iur. Codic. l. 124. de reg. iur. l. 173. § 1. l. 199. de V. S.*

(C)

*L. ſed, & ſi 26. § pen. & vlt. cum duabus, ll. ſeqq. Quæ vna iuſta, iniuſta altera dicitur;* & iuſta *vel publica, vel privata. BeKmanus vbi ſup. theſ. 4. 5. & 6. per tot.*

(D)

*L. nec non 28. in prin exquib. cauſ. ma. authentic. habita c ne filius pro patre. Cum non minor ſit favor ſtudiorum, quam militiæ armatæ; ſtudioſi militibus, & Reip. cauſa abſentibus æquiparantur l. ſi duo 6. § ſi legum de excuſ. l. quæſitum 78. de legat. 3. l. ſeia 20. § Pamphilæ de fund. inſtruc. l. quidquid, C. de advocat. diverſor. iudic. P. Mendo de iure academ. lib. 2. quæſt. 25. Fuere olim domicilia litterarum ad quæ liberi mitebantur Athenæ, Rodus, Roma, Berythus, Conſtantinopolis, Alexandria, de Athenis Symmachus 5. epiſt. 35.* Et vt ſolent Atheuas Atticas relinquare Gymnaſia muſarum petere, ita peregrinationes

tuas

Quod ſecus in abſentia neceſſaria, & repentina procedit: nequit enim huiuſmodi abſẽtibus imputari, (G) quod procuratorẽ, aut defenſorem in Civitate non reliquerunt.

## IV.

PRæſentis actionis intentio ea eſt, vt ad vim, effectumque verborũ (A) erigatur, quoniam hoc agitur, vt effectu res vſucapta non videatur: (B) Vndê cauſam exprimere tenetur actor ex qua ei actio iure cõſtituta ſit: Scilicêt adverſarium abſentem, vel ê cõtra præſentem, rem vſucepiſſe, cum eoque, & ſi vellet age-

tuas deſiderio trahente commitātur. *de Roma Caſiodorus 4. var. 6.* Qui ſtudiorum cauſa liberos ſuos ad Romanam Civitatem deduxit.

(E)

*L. 26. § 9. h. tit. ibi:* Si qua alia mihi iuſta cauſa videbitur in integrum reſtituam. *Conſonat l. 3. C. eod. l. 7. de reſt. in integr. l. 1. de diverſ. & temp. præſcrip. an valetudo ſit iuſta cauſa tractatur in l. 1. § planè de diver. & temp. præſ. Anton. Fab. 5. coniect. 18. Hieronymus de Aſſin in rub. C. vſucap. pro empt. ex num. 266. vſque ad 269.*

(F)

*L. 26. § 1. & 2. h. tit. l. ergo 22. & l. Iulianus 17. eod. Cujat. Pauli ad ædict. lib. 12. nec facit, l. 21. § vlt. h. tit. Bachovius vbi ſup. cap. 3. num. 2.*

(G) *Dict. l. 26. § 1. d. tit. Vinius h. § n. num. 7.*

(A)

*Hoc § noſt. verſ. Vt dicat, effectus poſſitus eſt in eo, vt qui leſſus eſt conſequatur rem quam propter abſentiam amiſſit; Prætorem quoque veriſimile eſt verba ædicti ſequutum iudicium hoc modo concepiſſe:* Si paret, eam rem qua de agitur, à poſſeſſore abſente per ſtatutum tempus poſſeſſam eſſe, cum inter ea petitor eius nomine agere cum conaretur, non potuerrit, tum ſi ea res petitori nõ reſtituatur, poſſeſſor damnetur. *Notavit Vinius h. §. n. num. 6.*

(B)

*Hoc. §. noſt. ibi:* Vt dicat poſſeſſorem vſu non cepiſſe. *Diſtinguitur ab actione publiciana tradita in § namque 4. h. n. tit Nam illic. Iure Civili dominiũ vere amiſſum non fuit, hic vero propriè recеſſit, ſed Prętorio iure pro amiſſo non habetur. Bachovius de act. diſp. 3. theſ 25.*

L.

agere non potuiſſe, (C) vt vſucapionē interrumperet. Itaque petet remſibi reſtitui cū omnibus fructibus, (D) & commodo eius temporis, quo defenſus non eſt. Reſtitutio enim ita facienda eſt vt in integrum ius ſuum vnuſquiſque recipiat. (E)

(C)

*L. 1. § vlt. C. de anal. excep. Autent. niſi trecenali, C. de bon. mater* Impedimentum aut eſt iuris aut facti, ſi iuris prǫſcriptio ceſſat, ſi facti neutiquā *Pichardus h. § n. num. 13.* Impedimentorum genera, *obſervat BeKmanus vbi ſup. theſ. 1. Bachovius ad hunc tit. cap. 4. n. 4.*

(D)

*L. Prætor ait 23. § ittem ei qui in fin l. nec non 28. §. fin. cum l. ſeq. ex quib. cauſ. Galvanus de vſufruct. cap. 34. num. 10. l. quod ſi minor 24. § 4. verſ. Itaque, l. patri 27. § ſi pecuniam 1. de minor. Paulus 1. ſent. 9. § 7. cum vſuris, l. tutor 47. de minor.*

(E)

*Dict. l. quod ſi minor. 24. § reſtitvtio 4. de minor. Notat Corraſius h. § n.*

## V.

IVdicium reciſſorium licêt rei perſecutoriū ſit, (A) anno tamen finiri placuit, quia contra ius Civile datur. (B) Annum vtilem intelligimus, (C) pro quo poſtea Iuſtinianus quadrienium continuum ſuſtituit. (D) Sed nec iure veteri, nec novo duplex remediū reſcindens, & reciſorium (vt vulgo dicitur) ei qui leſſus eſt, reiecta aliquorum ſententia, (E) concedendū eſſe iudicamus; (F) Quoties enim Prætor hanc actionē pollicetur, ſimul ipsā vſucapionem reſcindit, permititque veteri domino ſic agere, vt petat rem ſibi â poſſeſſore reſtitui, ac ſi nulla vſucapio interceſiſſet: ac proinde vno, ſimplicique iudicio rem totam experiri contendimus.

(A)

*§ ſed iſte 3. Inſt. de act. aliquādo eſt in perſonam ſcilicèt cum ſucurritur creditoribus, qui actionem ex his cauſis amiſſerunt, l. 1. § 1. h. tit. ibi:* Sivè cuius actionis eorum cui dies exiiſſe dicitur. *l. Iulianus 17. § 1. l. 4. ex quib. cauſ. Vinius hic n. 7.*

(B)

*Vide notat aſſert. 1. lit A. amplius nam ratio differentiæ inter hanc actionem, & Publicianam, ea eſt, quod hæc datur contra eum, qui dominus efectus eſt per vſucapionē & ita ius civile opugnat, arg. l. in honorariјs 35. de obligat. & act. Bachovius d. diſp. 3. theſ. 29.*

(C)

*L. 1. § 1. h. tit. l. ab hoſtibus 18. C. de poſtlim. rever. computatur à tempore quo quis agere potuit non verò à tempore ſcientiæ ſolum; aliter enim tota præcriptionum, & vſucapionum fundamenta pœnitus everterentur. Licèt contrarium teneant. Gail. 2. obſ. 84. Sforcia quæſt. 20. art. 4. quos refutat. Bachovius ad Treutl. part. 1. diſp. 11. theſ. 17. lit. A. & de act. dict. diſp. 3. theſ. 29.*

(D)

*L. vlt. C. de temp. in int. reſt Salva qualitate illa, vt currere d mum incipiat à tēpore ex quo olim vtilis annus incipiebat; nimirum minoribus à tempore impleti 25. anni; maioribus autem à tempore ſublati impedimenti, d l. vlt. C. de temp. in integ. reſt. l. 1. in ſin. ex quib. cauſ quod etiam eo pertinet, vt dies feſti, qui tempore reditus fortè fuerunt, anno vtili non imputentur. Quadrienium hauſit Iuſt. ex l. 2. C. Theod. de in int. reſt. quod ipſe fecit vniforme in omnibus locis, cum iuxta d. l. 2. alia tempora Romæ, & vſque ad centeſimum lapidem, alia in reliqua Italia, alia in provinciјs obſervaretur. Obſervarunt Bachovius d. diſp 3 theſ. 29 & Iacobus Gotofr. in d. l. 2. C. Theod. de in integ. alia cumulant Sfortia part. 1. q. 19. art. 5 §. 12. Caldas Pereyra in repetitione, l. 3. C. de in integr rest. verb.* Infra tempora, *Hunius ad Trevtl. par. 1. diſp. 1 th pen.*

(E)

*In qua ſunt Sfortia de reſt. quæſt. 33. art. 2. Mauritius de reſt cap. 1. num 6. & 7. cap. 4. & ſeq. Ant. Faber 7. error. prag. 1 & alij relati a b Oſual. lib. 21. com. cap. 5. lit S. quibus, & ipſe ad hærede videtur Nec pro hac ſententia facit, l. 13. §. 1. de min ibis verbis:* Reſciſſa alienatione dato in rem iudicio, *l in honorarіјs 35 in princ. de obl. & act. nec Iuſtinianus h. §. n. ibi:* Reſciſſa vſucapione, *nec text in l vlt. §. vlt. ad Velleia. l. 7. §. pen quod falſo tut l. qui proprio 46. § item 3 de procurat. l. vlt. C ex quib. cauſ. maior. Adeundus Bachov. ad tit. de reſt. in integr. cap. 1. in fin. & in h. §. n ex num. 2.*

(F)

*Ex l 9. §. 3. & 4. quod met. cauſ. l 1. §. 1 de dolo, l. 2 §. 1. de vſucapion. l. 1. de alien. iud. mut cauſ. fac. l. vlt ad Vell. in qua ſent. ſūt Balduinus hic. Ludovicus Maynus lib. 2 de action. cap 6. Duaren ad tit. ex quib. cauſ. & ad tit. de min. fol. 85 & 131. nec ferendi, qui reſcindentis, & reſciſſorij iudicij hodie tumulationem admittunt à quibus diſentit Faber vbi ſupr.*

## VI.

VTrum ſola ignorantia iuſta, & ſufficiens cauſa ſit obquam ex poſtrema ædicti claſula danda ſit reſtitutio adverſus vſucapionem, aut præſcriptionem, quæſtionis eſt? (A) ſed nullam ignorantiam, vel ſcientiam ſpectandam pro comperto habemus, (B) ſufficiens tempus præſtitutũ eſt intra qnod quiſque in res ſuas inquirat. Tandem, & ſi ad rationem iuris veteris diſputemus, quo præſcriptio tum vtilem pariebat actionem, tum exceptionem, neceſſariam fuiſſe actionẽ reciſſoriam, (C) per quam, & actionis, & exceptionis vis enervaretur, aſſerimus.

(A)

*Ex verbis tex. in l. 1. in fine ex quib. cauſ. ibi*: Ittem ſi qua alia mihi cauſa inſta eſſe videbitur, in integrum reſtituam. *Affirmativam tenent Covarrubias in cap. poſſeſſor de reg. iur. in 6. part. 3. § 3. Tinel in auth. niſi trecenale, num. 38. C. de bon. mater. Sfortia de reſt. part. 2. quæſt. 90. Sarmiẽto ſect. 2. cap. 10. Vaſquius. 2. illuſt. conſ. 75. & alij quamplures, quibus non favet tex. in l. nec non § quod ex hijs 2. nec l. 1. § ſi quis propter, de itinere act. quæ priv. nec l. & Atilicinius 35. de ſerv. ruſt. nec l. ſi partem 19. § ſi per fundum 1. quemadmod. ſerv. nec vulgare proloquium nempè*: *Ignoranti nõ corruit præſcriptio, de quo Fachineus 1. contr. iuris 69. Bachovius ad pandect. cap. 4. num. 8.*

(B)

*Ex l. vlt. C. de præſcrip. longi temp. in illis verbis*: Nulla ſcientia, vel ignotantia expectanda, ne altera dubitationis in extricabilis oriatur occaſio. *Et l. ſicut, C. de præſcrip. 30. vel. 40. ann. l. omnes, C. eod. l. vlt. C. de fund. patrim. lib. 11. l. vnica, C. de vſucap. transfor. quam opinionem tenent Fachineus d. lib. 1. cap. 69. Oſualdus, & ab eo relati lib. 21. cap. 5. lit. D. & cap. 9. lit. I. Vinius h. § n. num. 8. & Bachov. vbi ſup. cap. 4. num. 8. qui pluri-mis argumentis vſque ad finem capitis opinionem noſtram proſequitur.*

[C)

*Argum. l. ab hoſtibuo 15 § 3. ex quibus cauſ. l. 3. C. de teſt milit. iuncta l. 26 § quoties h. t. nec facit, l ab hoſtibus 6. C quib. non obijc. etſi contrarium teneat Anton Fab. in Rat ad d. l 15. § 3. affirmativã tuemur cum Bachovio ad Pandect. cap. 5. num. 2. & de act. diſp. 3. & ſi non convenire adhuc quæ ſit opinio communis teneat Oſuald. d. lib. 21. cap. 5. lit. B. contra Covarrubiam in cap. poſſeſſor. part. 3. § 3. contrarium tenentibus favere videtur non in elegans Ciceronis locus lib. 2. offic. de Arato Sicyonio loquens*: At vero Aratus Sicyonius iure laudatur, qui cum eius civitas quinquaginta annos à tyranis teneretur profectus Argis Sicyonem, clandeſtino introitu vrbe eſt potitus: cumque tyranum Nicoclem in proviſſo optreſiſset, ſexcentos exules, qui fuerant Civitatis locupletiſſimi, reſtituit, remque Pub. adventu ſuo liberavit. Sed cum magnam animadverteret in bonis & poſſeſsionibus difficultatem, quod & eos, quos & ipſe reſtituerat, quorum bona alij poſſederant; egere iniquiſsimum arbitrabatur, & quinquaginta annorum poſſeſsiones movere non nimis æquum putabat.

Aſſertor erit IOSEPHVS ANTONIVS PLANO & ARGVILLVR. Præſes FRANCISCVS MICHAEL CABRERA & ABENIA I.C.B. Dies 17. Menſis Decemb. Locus, Academiæ Clauſtrum. Anno 1989.



(✠)

# ACTIO PAVLIANA EX TEMPORE DEFENSANDA PROPONITVR.

## SEX COLLECTA ASSERTIONIBVS EX IVSTINIANI MENTE IN *§. item ſi quis 6. Inſtit. de action.*

### I. ASSERTVM.

ERAT olim interdictum fraudatoriũ, quo certæ perſonæ experiebantur, ſi aliena in fraudem creditorum diſtraxerint, (A) quia tamen alienatio in fraudem à vero Domino ſumo adhuc iure tuebatur, dominiumque in accipientem etiam fraudis conſciũ transferebat; (B) opus fuit creditoribus actione, qua ſimilem alienationẽ reſcinderent; hæc vidit Prætor, & equitatem ſequtus in creditorum ſolatium actionem propoſuit quam ab Authore Paulianã vocamus; (C)

(A) Vt videtur *in l. pupili debitor 96. de ſolut.* Conſonat *l. 10. § 3. l. 16. & l. 14. ff. quæ in fraud. cred.* Zaſius hic, & Miſingerius *ad n. §.*

(B) Ex *l. ſi ſciens 26. ff. de contrah. empt.* Oinotomus *ad h. § n. 3. Aliud enim in fraudulentis libertatibus obſervatur ipſo iure reſciſsis, tit. inſt. quib. ex cau. man. non lic.* Vide Fab. *in pap. ad h. tit.*

(C) *Pauliana adiectivè dicitur, vel à Paulo Prætore, vel à Paulo Virgineo I.C. ſi fides eſt Calvin. in lexic. iur. & Balduin. in h. §.*

Policetur & ipſe ſi debitores detractionem bonorum metuentes, præmaturæ res ſuas alienaverint, actionem dare, qua fraude geſtum petetur, & quaſi traditum non eſſet revocabitur, (D) & ex hoc actionem hanc reciſſoriá (E) eſſe quis ambiget? An vero in rem, vel in perſonam dicatur? Dubitare licet, & nos in hac quæſtione ancipites vtriuſque naturam mutuari Authorum fulcro defendimus, & tuemur. (F)

## II. ASSERTVM.

CVM vero Prætoris edictum ad quæcumque in fraudem geſta revocetur; facilè deprendi poteſt quamlibet alienationé in fraudem creditorum factam, ad excitandam Paulianam ſufficiétem eſſe. (A) Scire tamen oportet an in eadem ſit cauſa vt edicto ſit locus qui id facit vt non acquirat quod

acqui-

(D) Ex doctrina *leg.* 1. §. 1. *l.* 10. §. 22. *ff. h. t.* Donel. & Vſuald. *lib.* 23. *com. cap. vlt.* & ibi quam plurimi ab ipſis relati. De hac actione loqutus fuit Cic. *lib.* 1. *ad Attic.* dum inquit: *Agere cœpit cum eius fratre Caſinio Satyro de his rebus, quas cum dolo malo mancipio accepiſſe de Vario diceret.*

(E) Ex *text. in l.* 2. *C. quæ in frau. cred. ex l. videamus ff. de vſuris.* Conſonant *Inſt. Interp.*

(F) In rem eſſe affirmant Bacobius hic, *& diſp.* 3. *de acti. teſau. pen.* Donelus hic *num.* 3. *& ſeqq.* Faber *coniect.* 16. *fundamento, l.* 10. §. *vlt. h. t. ex l.* 3. *ff. de oblig. & act.*

In perſonam eſſe aiunt Vinius, & Miſingerus *ad n.* §. *ex l.* 1. §. *hæc actio ff. ſi quid in fraud. patr. l. videamus* 38. §. *in Fabiana* 4. *ff. de vſur. l.* 2. *C. ſi vn. ex plur. hæred.*

(A) Conſtat *ex l.* 1. §. *vlt. col.* 10. *h. t. & l.* 5. *C. eremus pig. neque obſt. text. in l.* 1. §. 1. *ff. quib. mod. pig. vel hypot. ſolv.* Conſule Cuiat. *lib.* 26. *quæſt. Pap. ad d. l.* 18.

acquirere poteſt, vt qui legatum, aut hæreditatem repudiet, vel inofficioſi quærellá omittat, aut legitimam non petierit, & magis eſt, vt Interpretum vulgus teſtatur, edictum ad eos pertinere, qui quidquam de bonis ſuis diminuunt, non qui id agunt ne locupletentur, (B) ſicuti ſocius ſocio non tenetur de eo quod non acquirit, ſed de eo tantũ quod erogavit. (C) Si vero de hærede loquamur an ipſe legatum defuncto relictum in fraudem creditorum repudiare poſſit? Exercitandę quæſtionis gratia erit problema. (D)

## III. ASSERTVM.

EA tamen reſcinditur alienatio quæ dolo facta eſt à debitore qui non eſt ſolvendo, (A) & neceſſe eſt amplius, quod fraudis etiam conſcius ſit qui rem accepit; ſi enim ignoranter accepit



edi-

(B) Ex *l.* 6. §. 2. *ff. h. t. ex l.* 1. §. 8. *ff. ſi quid in fraud. patr. l. non fraudantur* 134. *de reg. iur. facit l.* 5. §. 13 *de donat. inter.* Vinius Balduin. & Hotomanus *h.* §. Donelus vbi ſup. Tuld. *com. in C. h. t. num.* 4. latê, & eleganter Vveſem. *conſ.* 17. *nu.* 42. *& ſeqq. obſtare tamen videtur l.* 5. §. *fundũ* 8. *ff. de reb. eor qui ſub tut. ſunt*, videndus Petrus Faber *ad ll.* 78. *&* 79. *de reg. iur.*

(C) Ex *l.* 68. §. 7. *ff. pro ſocio obſt. lex, l.* 1. §. *pen. & vlt. ff. ſi quis omiſ. cauſ. teſt.* Vide Eſquifordeger. *lib.* 1. *tract.* 9.

(D) Fachineus *lib.* 6. *contr. cap.* 83. *non poſſe affirmat ex fundamento, l. Titio* 66. *ff. de furt. l.* 19. § 1 *ff. quemad. ſerv. amit. l. liberto* 26. *ff. de bon. libert. arg. l. penult. C. de pact.*

Contrario Eſquifordegerus *lib.* 1. *tract.* 9. *q.* 2. *poſſe defendit, arg. l.* 12. *& l.* 81. §. *ſi Titius, ff. de leg.* 1. *arg. l.* 9. §. 5. *ff. de iur. iuran.*

(A) Ex *l. ait Prætor* 10. *& l.* 15. *h. t. ex l.* 6. §. *hoc edictum ff. eod. arg.* §. 3. *verſ. Prævaluiſſe. Inſt. quib. ex cau. man. non lic.* Antonius Faber *in Pap. ad h.* §.

edicti verbis non extorquetur, (B) dummodo rem non obtineat ex cauſa lucrativa; tunc enim dolus tradentis ſufficeret, nec accipientem tueretur bona fides, quia equius Prætori viſũ fuit damno fraudatorum creditorum conſulere quam huius lucro, (C) excepta patronorũ cauſa, in quorum fraudem quid quid geſtum eſt revocatur, nec alterius quam eius qui alienavit dolũ intuemur. (D) Quando tamen fraus cum effectu conſideretur exactio bonorum demoſtrabit: (E) verum an hæc excutio Paulianam præcedere debeat? Inquirenti reſpondere decerno. (F)

## IV. ASSERTVM.

QVIA tamen creditores ſolutionibus ſæpè defraudantur (A) quid erit, eo quod vni ex creditoribus debitor ſolvat, poterunt ne re-

(B) Ex *l.1. cum l.10. §. 3. & 5. h.t. obſtare videtur l. ſi maior 13. C. de reſcind. vend.* Vſuald. *vbi ſupra, lit. O.*

(C) Ex *l.6. §. 11. & l.17. §. 1. cum l. vlt. h.t.* Conſonant Balduinus hic, Scheid. & alij.

(D) Ex *l.1. §. 4. ff. ſi quid in fraud. patron.*

(E) *L. ſi quis 15. l. omnes 17. §. 1. ff. h.t. iuncta l. pen. C. eod.* de quo fusê Scheid. *num. 59. & ſeqq.* D. Ioan. DeKKerus 1. *deciſ. 10. nu. 27*

(F) Ex doctrina text. *in l. 1. & penult. cum gloſſ. C. h.t. ex l. decem 116. de verbor. obligat. ex l. nam 11. §. 6. ff. de dolo.* Videndus Bartol. & Iaſon *ad d. l. 1. hic num. 76.* Oinotomus hic, *num. 59. & ſeqq.*

(A) Ex *l. omnes 17. & l. 10. §. 13 ff. h.t.*



liqui hac actione iubari? Quod cum diverſimodè poſſit evenire, vtraque pars erit amplectenda; vel enim ſolutio fuit facta poſt exactionẽ bonorum, vel ante in primo caſu iudicium Prætoris experitur, ſecus in altero, (B) ſin autem inita fuerit ſocietas inter eos, tenebitur ipſe etſi bonis non excuſsis ex natura cõtractus alteris portionem iſtã communicare. (C) Hoc idem ſi tutor de re pupili, ſolverit creditori aſeverare non dubitamus. (D)

## V. ASSERTVM.

ITA demũ revocatur quod fraudãdorum creditorum cauſa geſtum eſt, quod etiam medij temporis commodũ quod quis conſequeretur liberatione non facta præſtandum erit; (A) ex hac enim actione in priſtinum ſtatum reſtitutionem fieri teſtatur Vlpianus, (B) ex qua doctri-

(B) Ex *l.6. §. ſciendum 7. iuncta l.24. ff. eod. neq; obſtat d. l.6. §. apud Labeonem, nec l.6. § quid ergo 2. ff. de reb. aut. iud. poſſ.* Conſule Donel. *vbi ſupra.*

(C) Ex *l. verum 63. §. 5. ff. pro ſocio, iuncta doct. text. in l. 6. §. 2. verſ. Proinde ff. de trib. act.*

(D) Ex *l. 96. de ſolut. ex l. 10. h.t.* Iaſon, & Bartolus *ad d. l.* vide Duarenum *ad h.t.*

(A) *L. videamus 6. §. in Fabiana, ff. de vſur. l. 10. §. præterea 22. ff. quæ in fraud. cred. cui obſtare videtur l. vlt. §. 4. eod. t.*

(B) *In d. l. 10. §. 22. h.t.*

ſia in dubium vocamus an debitori, vel creditori fieri debeat reſtitutio? Et licet communi plauſu receptum ſit reſtitutionem fieri debitori; (C) non tamen erit abſonum vt creditori potiùs reſtituatur; (D) erit igitur pro vtraque parte ventilanda quæſtio.

(C) *Debitori reſtituendum ſuadent dd.ll.videamus* §.*d.de vſur.&* *l.*10.*h.t.* Videndus Faber hic *n.*25.
(D) *Creditori potius reſtitui ſuadent l.vlt.* §. *vlt. cum l.* 26. §.1. *de pig.act.*

## VI. ASSERTVM.

RESTAT nûc terminum actioni proponere, quæ cum albo Prætoris deſcendat annalis dicitur (A) vtili tempore ex die venditionis bonorum potiùs quam fraudulentæ alienationis computanda. (B) An vero hæc actio hæredi, cæteriſque ſucceſſoribus competat? Affirmativam partem amplectimur; ita vt in hæredes, ſimileſque perſonas omnibus creditoribus dari iura teſtentur. (C) Vtrùm vero competat creditori hypotecario difficultas eſt? In qua dubitatione quiſque ſibi ſententiam eligat, & eam ſi aliter Senatus non cenſeat amplectar. (D)

(A) Ex *l.*1.*in princ.* *ff.h.t.* *ex* §. *rurſus præcedenti inſt.de act.in rebus incorporalibus perpetua eſt, vt videtur in l.ait* Prætor, §.*ſi conditionalis* 23.*ff.quæ in fraud.cred.*
(B) Ex text.*l.*10.§.18.*h.t.ſuadetur etiam ex iur.regul. non valenti agere, non currit præſcriptio, ex l.*1. *C.de ann. except.* & conſtat ex *l.*1. *h.n.t.* Vide Angel.hic, *num.*16. & Iaſon *num.*87.
(C) Ex *d.l.*10.§.*vlt.&* 10.*verſ.* Item; videndus Faber *lib.*20.*coni. cap.*14.

(D) Affirmativa pars tuetur cũ *l.*1.*&* 21.*ff.h.n.t.* Oinotomus tenet *in h.*§. Oſual.*lib.*23.*com.c.vlt.* Negativam ſuadet Eſquifordegerus *lib.*1. *tract.*8. *q.*2. *ex ratione l.*13.*&* 22.*ff.h.t.l.*3.*C.eod.*

ADDERIT D. PETRVS HIERONYMVS DE FVENTES, VERANVI, ET ERIL. Præerit D. SEBASTIANVS CABARTE, ET MEDRANO, Philoſophiæ Doctor, & Iuris Civilis Bachalaureus. Locus Certaminis Cæſarauguſtanum Clauſtrum, die 17. menſis Martij, hora ſecunda poſt meridiem, anno 1685.

---

Cæſarauguſtæ: Apud PASCHASIVM BVENO, Regni Aragonum Typog.

# THEOREMATA IVRIDICA DEPROMPTA.

## *Ex Iuſtiniani placito in §. Dominus, 3. Inſt. de noxal. action. lib. 4. Tit. 8.*

I.

NOXALIS actio, quæ non eſt cõtractu, ſed ex noxia, (A) & maleficio ſervi proficiſcitur, tunc adverſus dominum inſtituitur ſi neſciente eo, (B) ſervus damnum dederit privatim; (C) qui in judicio ritè convẽtus, & condemnatus, (D) poterit

(A)

*L. 1. D. de noxal. princ. inſt. h. n. t. l. 5. §. Prætor. de his qui deiec. §. ex maleficijs 28. de act. vbi Iaſ. num. 92. & in §. Præterea, n. 63. & ſeqq. Inſt. eod. Iacobus Cujacius lib. 21. obſerv. cap. fin. Hugo Donellus lib. 15. com. cap. 50. Reinhardus Bachovius ad h. n. tit. in prin. n. 2. Pichardus in Rub. h. tit. n. 2.*

(B)

*L. Si ſervi 2. l. ſi ſervus 4. C. de noxal. l. 1. D. de his qui deicc. vel effud. l. 2. & l. 3. D. h. tit. l. 45. D. ad leg. Aquil. iuncto D. Ioanne Suarez in abſolutiſsimo Commentario ad leg. Aquiliam. lib. 1. cap. 3. ſect. 1. num. 7. aliter ſi ſcierit, aut non prohibuerit, l. 4. & l. 2. h. tit. nam æquè feciſsè videtur, qui paſſus eſt ſervum damnum dare, cui conſonat Celtiberiæ noſtræ Pindarus Aurelius Prudentius in Hamartigenia, dum canit:*

Nihil refert Auctor fuerit factorque malorum;
An ne opera in vitium ſceleris pulchrrima verti,
Cum poſsit prohibere, ſinat.

(C)

*Non vero ſi publicè deliquerit, nam ſervus ex publicis delictis, ipſe acuſationem ſubtinet. l. hos 12. §. omnibus 4. D. de acuſat. l. 2. & 6. C. eod. l. 2. C. de Adult. Gaius in fragm. lib. 1. tit. 3. in fin. l. 4. §. vlt. C. h. n. tit. Balduinus in princ. h. tit. Conradus Rittershuſius ad h. n. tit. in princ.*

(D)

*Princ. Inſt. de offic. Iud. cuius condemnationis formula hiſce comprehendebatur, verbis:* Publium Mævium in decem aureos condemno, aut noxã dedere, *vbi disiunctio illa,* aut noxam dedere, *non erat in condemnatione,*

 ali as

*alias noxæ deditio peti poſſet, quod Vlpianus negat in l. milles 6. §. 1. D. de re iudic. cui iũgendus eſt textus in l. illud 40. §. vlt. D. de pet. hæred. Suarez d. lib. 1. cap. 5. ſect. 5. num. 32. Cujacius lib. 13. cap. 9.*

(E)

*Ex leg. 12. Tab. quæ ſic erat ſcripta:* Si ſervus furtum faxit, noxamve nocuit ſciente etiam domino, ſervi nomine actio noxalis eſto: Dominus ſuo nomine non tenetur, *quam legem primum eſſe, qui eam obſervavit Contium 1. lect. ſucceſsiv. cap. 14. tenet Roſinus antiq. Rom. lib. 8. cap. 6. vnde noxales actiones ſunt, vel legibus*

rit pro arbitrio ſuo, (E) aut litis æſtimationem ſubire, aut ſervum actori noxæ dare; etiam ſi tanti (F) non fuerit ſervus, quãtum damnum per ipſum, illatum ſit: & ſic liberatur dominus ipſa noxæ deditione, vt ſit verum ad huc, ſi ſervus plura delicta (G) diverſis temporibus commiſſerit, nam nulla amplius actio adverſus dominum remanet, ſi iam ſervum tradidit, (H) cum nequitia ſervi vltra corpus eius, (I) domino damnoſa eſſe non debeat.

*conſtitutæ, vel edicto Prætoris; legibus ex 12. Tab. Prætoris edicto ex tot. tit. D. de noxal. §. 4. infr. h. n. tit. obſerv. Iacobus Gothofredus ad ll. 12. Tab. tit. 10. electio enim domini eſt, l. 20. D. hoc tit.*

(F)

*L. 61. §. quod vero 5. de furt. l. 7. §. 1. de damno infecto, l. 7. §. 6. in fin. de Dolo, l. 1. D. ſi quadrup. paup. fec. eadem ratione animalia noſtra, quæ noxam commiſerunt, non vltra ſolent nos onerare, d. l. 7. §. de dam. inf. alias eſſet iniquum, & ſervi nobis eſſent damnoſi, cum conditio noſtra, melior potius per eos fieri debeat, quam deterior, l. 133. de R. I. l. vlt. C. de acq. poſſ. l. vlt. C. per quas perſ. cuius Regulæ veritas remiſſive probatur, ex l. penult. D. depoſiti, l. 25. D. de condit. inſt. l. 5. §. 1. de cond. & dem. l. vlt. § ſervi de Publicanis, l. 13. de adq poſſ. l. 18. & 22. de ſolut. l. 3. & 23. C. de pact. & ex alÿs, quæ congeſsit Iacobus Gothofredus in ſuo diſertiſsimo, & omnibus numeris abſoluto commentario, de reg. iur. in d. l. 133. & 134.*

(G)

*L. qui ex pluribus 2. h. tit. l. 1. l. 2. D. ſi ex nox. cau. agat. at ſi maluit dominus priori iudicio litis æſtimationem ſufferre, vel eidem, vel alÿ ex alio maleſitio agenti nihilominus tenetur.*

(H)

*Nam ipſa tradione liberatur condemnatio enim nil aliud exigit niſi, vt litis æſtimationem ſolvat, vel noxam tradat. d. l. 20. h. tit. Ant. Faber in Rat. tom. 2. in l. 1. & d. l. 20. h. n. tit.*

(I)

*L. 2. C. h. tit. §. 2. Inſt. h. tit. d. l. 61. §. quod vero 5. de furt. l. quæro 68. D. de æ dilit. edic. l. ſervus 31. de pignor. iunctis, quæ tradit Valentia lib. 2. trac. 2. num. 23. cap. 2. & repete aliqua ex not ſup. lit. F.*

## II.

NOn ſolum adverſus dominum, qui ſervum in poteſtate habet, noxali iudicio experitur, ſed etiam adverſus bonæ fidei poſſeſſores, (A) vna, & eos, qui mala fide poſſident, aut dolo (B) deſierunt poſſidere, cum abſurdum ſit eos, qui bona fide rem habent, excipere actionem; prędones vero ſecuros eſſe: is tamen, qui pignori accepit, & qui præcario rogavit ex noxa, (C) non tenentur, licet iuſte poſſideant,

(A)

*L. non ſolum 13. l. bona fide 11. l. ſi noxale 27. D. de noxal. §. 5. Inſt. h. n. tit. Hunius ad Threutler. volum. 1. diſp. 19. quæſt. 27. Suarez ad leg. Aquil. lib. 1. cap. 5. ſect. 5. num. 5. text. in l. 22. §. 1. D. h. tit. l. penult. C. de Furtis, elegans Text. in l. & generaliter 28. D. h. tit. iuncto Hieronymo de Aſsin. ad Rub. C. de vſucap. pro emp. num. 225. cui obeſt l. ſi ſervus 27. §. ſervi, D. ad leg. Aquil. de quorum conciliatione videndus Cujacius in d. l. & generaliter, Cobarruvias in cap. poſſeſſor. part. 2. §. 9. num. 8. Dionyſ. Gothof. in d. l. ſi ſervus 27. §. ſervi, & præ omnibus, Suarez vbi ſupr. ex nu. 51. obſtat. etiam l. 8. D. de interrog. l. 1. de ſervo corrup. videſis Hunium vbi prox.*

(B)

*L. ſi bona fide 12. l. quoties 21. §. Prætor ait, l. 22. in fin. l. de illo 24. l. electio 26. §. ſi ex pluribus, l. ſi plurium 39. in princ. D. de noxal. l. 2. §. 1. D. ſi ex nox. cau. ag. Valentia vbi ſupr. num. 24. & ceſſante civili noxali actione, Prætor contra eum honorariam concedit, & ſuo nomine dominus obligatur ad litis æſtimationem integram ſolvendam, ſine noxæ deditione, l. ſed ſi vnius 17. §. ſi ſervus 9. D. de iniurÿs. Si vero ante litem conteſtatam ſervus deceſerit, aut dolo poſſidere deſierit nulla actione tenetur, l. 1. §. ſi ante, D. ſi quadrup. l. ſi ante 15. §. mortuo, D. de interrog. iniur. fac. Cujacius lib. 18. Pauli ad Edictum in l. electio 20. §. ſi is quem h. tit vbi etiam Ant. Fab. tom. 2. Rat.*

(C)

*L. ſi ſervus 22. §. 1. D. de noxal. l. ſi noxale 27. §. is qui 1. D. eod. ergo Pignus inutile eſt, cuius perſecutio negatur vid. Text. in l. 4. D. de pignorat. act. l. 9. & 14. C. de diſtract. pignor.*

ſideant, (D) quod ipſum, in ſervo depoſito, aut comodato (E) obſervandum eſt, nam omnes hi opinione domini non poſsidentpoterunt tamen ſervum defendere, (F) etſi nequeant noxam præſtare, nam hæc ſolis illis, qui ſervum recuperandi copiam (G) habent permititur, cum illis ſolum, quoad hoc edictum ſpectat ſervire intelligatur.

(D)

*L. ſi ſervus 22. §.1. hoc tit. l. 1. §.15. de adq. poſſ. non tamen opinione domini, quod requiritur, vt ſervus pro noxa poſſit dari, cui adenda, l.21. C. de furtis, l.27. D. hoc tit.*

(E)

*D. l. 22. in princ. hoc noſtro tit. dominium enim manet penes deponentem, aut commodantem, l. rei commodatæ 8 & leg. 9. in fin. D. commodati, l. licet 17. §.1. D. de poſiti.*

(F)

*L. ſervi 43. D. de noxal. l. is qui 32. D. eod. & ibi defendi debet vbi deliquerit text. in l.12. C. vbi de crim. ag. deb. Gothofred. in d. l. ſervi 43. lit. Q. non tamen inviti debent eum defendere, l. noxali iudicio 33. D. h. tit. l. non ſolum 29. D. eod. ſed carere debet eo, quem non defendit, l.17. D. h. tit. l.3. D. ſi ex nox. cau. ag. quod idem obtinet in vſufructuario; l. ſi noxale 27. D. eod. & vſufructuarius ſervum non defendens vſufructu privatur, l.3. D. ſi ex noxali. notandus Textus in l. ſi ex duobus 17. §. ſi plures 1. D. hoc noſtro tit.*

(G)

*D. l. ſi ſervus 22. §.2. h. tit. ibi:* Quid eſt habere facultatem repetendi? habeat pecuniam, ex qua liberari poteſt: nam non debet cogi vendere res ſuas, vt ſolvat pecuniam, & re petat ſervum. *Gothofredus hic lit. M. nam qui copiam recuperandi non habet actione noxali convenire non debet, d. l. ſi ſervus 22. §. 3. debet enim pervenire in poteſtatem domini; nec ſufficit, vt revertatur in alterius poſſeſſoris dominio, vt obſervat D. Sebaſtianus de Ortega, & Melgares in Comment. nuper edito ad Veroſimilia Labeonis, in l. fin. D. de vſucap. ſect. 1. num. 7.*

## III.

SErvus pro noxia datus, ſic ex domini poteſtate, (A) in qua maleficium, aut damnum dedit exit, & liberatur, vt nullum ius illum repetendi domino remaneat,

(A)

*L. quoties 21. §. in poteſtate 3. d. l. 22. §.2. D. de noxal. ita in poteſtate, vt facultatem habeat illum exhibendi, aliàs dominus non tenetur veluti ſi in fuga fuerit,*

d.

neat, nam illum noxæ dando abiecisse, (B) & pro derelicto (C) habere voluiſſe iudicatur; ſicque *in perpetuum* dominium amittit, non tamen in perpetuum dominio eius, cui pro noxia tradit ſervum mancipat: in perpetuum enim intelligimus, de prioris domini ammiſsione, non vero de perpetua novi retentione; nam ſi ab ipſo vel ab alio (D) de damno dato ſatisfactum fuerit à ſua poteſtate liberatur, cum interim ſervum in cauſam, & ius pignoris (E) incidiße credamus.

*d. l. 2. §. 2. in fin. qui in fuga ſunt in poteſtate eſſe non intelliguntur, l.5. in fin. D. ad exhibend. Paulus 2. ſent. 31. §. 23. non tam dominiũ ſervorum, quàm facultas eos habendi, & exhibend. ſpectatur, l.1. §. vlt. D. de Peculio, nam ſervũ pro noxa dare in mera facultate facti non in iure conſiſtit, l.6. §.1. D. de re jud. l.20. §.5. de pet hered. Suar. ad l. Aquil. d. l.1. ſect. 5. cap. 5. num. 31. & 32. & Ortega vbi ſupra in l. pen. D. de jure dotium, ſect. vnic. num. 42.*

(B)

*Velut ille, qui ob gravem infirmitatem a domino abicitur, l. ſervo 2. D. qui ſine man. ad libert. peru. l. vnic. §.3. C. de Latin. libert. toll. l.2. C. de bon. libert Novell. 153. in princ. Donell. 2. Com. cap. 12. Pichardus in Rub. h. tit. num. 8 Borcholten. ad n. t. in princ. num. 6.*

(C)

*Quod non intelligendum eſt, vt primo ocupanti cedat, ſed vt liberetur à poteſtate domini abicientis, nam ille noxe dando quaſi pro derelicto habere vult, argum Text. in §. hoc amplius 46. Inſt. de rer. div. l.1. & tot. tit. D. pro derelicto.*

(D)

*Princ. Inſt. qq. mod. toll. oblig. illic:* Nec tamen intereſt, qui ſolvat: vtrum ipſe qui debet, an alius pro eo, *ab argum. Text. in l.56. 64. 66. D. de ſolut. l.5. l.17. C. eodem, l.3. C. de in integ. reſt. l.1. D. de curat. furioſ. l.14. §. vlt. & l.15. de ſolut Donell. 16. com. 10. vbi Oſuald. lit. F.*

(E)

*Arg. l. Senatus 43. §. qui 3. de leg. 1. l. ſi patre 15. de captiv. gloſſ. fin. in h. §. n. l ab hoſtibus 2. C. de Poſtlim. reverſ. l. qui teſtamento 14. D. de teſtam. l. qui ſtatus 8. de re milit.*

## IV.

SI ſervus, quæſita (A) pecunia tantum adquiſierit, vt damnũ da-

(A)

*L.4. D. de manumiſſ. l.3. D. de obſeq. à libert. patron. præſt.*

Oſual-

datum reſarcire poſſit, cogendus (B) erit dominus à Prætore ſervum manumitere, quod ſumma ratione in ductum eſt; quia oblata ei damni æſtimatione nulla cauſa, eſt cur ſervum in poteſtate retineat, quod etiã in homine libero noxæ dedito (C) ex definitione Papiniani (D) receptum eſt.

*Oſualdus ad Donell. 15. Com. cap. 50. lit. C. ſed vnde reſarciet damnum cum nil proprium habere poſſit, & omnia domino adquirat? §. igitur 1. Inſt. per quas perſ. Reſpondet Theophilus, ex operis ſuis, vel miniſterio poſſe aliquando adquirere, quod probat Cujaci° lib. 13. ab c. 9. cui non aſſentitur Fabrotus in not. ad Theoph. lit. D. Veriùs tamen eſt, ſi tantum de ſuo demenſo deparcat defraudando genium ſuum, hoc ipſius eſſe, proprium, & inde damnum ſarcire poſſe, nam etiam pro capite pretium ſervi dare ſolebat, vt eſt apud Senecam epiſt. 81.* Mancipia (*inquit*) peculium ſuum, quod cõparaverunt ventre fraudato pro capite numerant, *nec obſt. l. 134. §. 1. de R. I. quia ſervus hic, ob delictum non fit liber, ſed ob damnum datum, quod reſarcivit. Rittershuſius in h. §. n. cui ingendi Petrus Faber, & Iacobus Gothofredus in d. l. 134. de R. I.*

(B)

*H. §. n. quem ſingularem notat Cujacius d. lib. 13. obſ. cap. 9. & licet prima fronte iniquum videatur, rem ſuam alicui auferri ſine facto ſuo, ex regula Text. in l. 11. D. de R. I. & manumiſſionẽ, cum ſit actus juriſdictionis voluntariæ, non videtur ab invito extorquendã eſſe, quod eſt verum jure civili, non tamen Prætorio, æquitate contrarium ſuadente; condemnatio enim fit in æſtimationem, ad quam actio judicati ſola conceditur, noxæ vero deditio eſt arbitraria, §. 1. Inſt. de offic. Iudic. l. 1. D. h. n. tit. Balduinus in frag. 12. Tab. leg. 52. Borchol. & Pichardus hic.*

(C)

*Homo liber etiam noxæ tradebatur, vt apparet ex text. in l. 3. §. proinde, D. de libero hom. exhib. §. fin. h. n. tit. qui ſervus non efficiebatur deditione, ſed dicebatur addictus, ſicut & lege 12. Tab. cavevatur:* Hominem liberum addici ei cui furtum factum fuerat, *qui manumititur non vt ſervus, ſed vt additus, nec manumitens, patronatus jus conſequitur, proſequitur Cujacius lib. 2. definit. Pap. in l. 41. de pœnis, & poſt eum D. Ioſephus de Retes lib. 8. Opuſc. cap. 3.*

(D)

*Papiniani locus in Pandectis non extat; eius tamen verba, prout refert Cujacius in fram. Vet. Ictorum ſunt hæc:* Per hominem liberum noxæ deditum, ſi tantum acquiſitum ſit quantum damnum dedit manumitere

co-

eſt. Illud vero non omittimus, quod ſi ſpontê eum manumiſſerit eius Patronus fiet; neutiquam ſi invitus. Tritum enim eſt, iura Patronatus deperdere, qui coactus, & invitus manumitit. (E)

cogendus eſt à Prætore, qui noxæ deditum accepit; ſed fiduciæ iudicio non tenetur, *cui iugendus eſt elegans Quintiliani locus lib. 7. Inſt. Orat. cap. 4. vbi inter addictum, & ſervum non paruam notat differentiam:* Servus (*inquit*) cum manumititur, libertinus, addictus recepta libertate eſt ingenuus. Servus invito domino libertatem nõ conſequitur. Addictus, ſolvendo, citra voluntatem domini, conſequitur. Ad ſervum nulla lex pertinet. Addictus legem habet. Tria liberi, quæ nemo habet, niſi liber, habet addictus, pronomen, nomen, cognomen, tribum.

(E)

*L. 4. de manumiſſ. l. ſed ſi hac 10. in princ. D. de in ius vocand. l. 7. C. de operis libert. l. adigere 6. l. qui contra. 15. de jure Patron. l. in eo jure 45. § 2. de Ritu nupt. Donellus 2. com. cap. 19. in fin. Rittershuſius in h. §. n.*

## V.

DOminus ſervi, qui noxiam commiſit, ſi illum pro noxa tradidit, aut abiecit, hoc tantum efficit, vt dominium Bonitarium, (A) ſeu naturale transferat, in eum, cui damnum illatum eſt; non Quiritarium, (B) ſeu civile: & ratio eſt manifeſta, quia totum iudicium de noxalibus actio-

(A)

*Text. in l. ſed ſi alio jure 2. in fin. D. ſi ex noxali in cau. ag. vbi notanda verba:* In BONIS, *Bachovius in h. §. n. Pichardus in Rub. hic num. 8. l. electio 26. §. vlt. D. h. n. tit. ibi:* Iuſſu enim Prætoris ductus, in BONIS fit eius, qui duxit, *vbi Gothof. lit. E.*

(B)

*Vlp. in frag. 3. §. 1. §. quos autem 1. Inſt. de bon. poſſ. triplex veteribus dominium fuit, naturale, legitimum, & plenum; naturale dicimus bonitarium, de quo accipiendi ſunt textus, in l. in rebus 30. C. de jure dotium, l. fundus 3. de fundo dot. l. ſervus 58. D. ſolut. mat. l. adito 45. §. 1. de adq. hered. l. hinc quæritur 19. §. 1. de Peculio, l. aditio 45. D. ſolut. mat. l. vnic. §. cumque, C. de rei vxor. act. l. doce ancillam 13. C. de jure dot. Suarez ad leg. Aquil. lib. 1. cap. 5. ſect. 3. num. 19. & 20. legitimum habet, qui ex jure Quiritum ſeu civili poſſidet, Vlpian in frag. tit. 19. Theophilus tit. de libertinis. Plenum eſt, qui naturale, & civile comprehendit, quam differentiam ſuſtulit Iuſtinianus in leg. vnic. C. de nudo jure Quirit. toll. de differentijs inter dominium bonitarium, & Quiritarium Dapſile Galvanus in diſſert. de vſufr. cap. 25. ex num. 8.*

actionibus Prætorium (C) eſt, & Prætoria juriſdictio (D) dominium Bonitarium dumtaxat tribuit; vnde hæc cauſa, & titulus inter modos (E) adquirendi dominium non refertur: ſiquidem datio noxę cum pręter votum, & voluntatem domini accidat, pro vera traditione non habetur. (F)

(C)

*L. quoties 21. §. Prætor ait 2. de noxalib. §. 4. h. n. tit. tot. tit. de vi bon. rap. & de iniurijs omne iudicium noxale Prætorium eſt, & opponitur civili, argum. l. ſi pluriũ 39. D. de noxal. Rittershuſius in d. §. 4. h. tit. eſt tamen electio an quis velit experire actione directa, an honoraria, l. electio 26. ff. 2. h. n. tit. illa datur hæredi, & in hæredem; hæc non d. l. electio 26. §. neque 5. h. tit. nec facit, l. ſi hæres 16. eod. Suarez ad leg. Aquil. lib. 3. cap. 5. ſect. 1. num. 4.*

(D)

*§. quos autem 1. Inſt. de bon. poſſ. l. 5. in fin. l. 6. 7. & 8. C. de alien. iud. mut. cauſ. l. 136. D. de V. S. l. 117. de Reg. Iur.*

(E)

*Arg. Text. in §. ſingulorum 11. Inſt. de rer. div. Vlp. in frag. tit. 19. nam adquirendi dominij modi ex jure civili hi anumerantur à Varrone lib. 2. de Re Ruſtica c. 10.* In emptionibus (*ait*) ſex fere res dominium legitimum perficiunt, ſi hæreditatem iuſtam adijt, ſi vt debuit mancipio ab eo accepit, â quo jure civili potuit, aut ſi in jure ceſſit, qui potuit cedere, & id vbi oportuit, aut ſi vſu cæpit, aut ſi è præda ſub coroná emit: tùmvè cum in bonis, ſectionevè cuius publicè venit, *vbi non anumeratur noxæ deditio, Suarez ſcite vt ſolet ad leg. Aquil. lib. 1. cap. 5. ſect. 2. num. 24. Bachovius in §. n. Rittershuſius in princ. Inſt. de rer. div. & in d. §. ſingulrtum.*

(F)

*Ex Text. in §. per traditionem 40. Inſt. de rer. div. l. 55. de oblig. & act. ibi:* In omnibus rebus, quæ dominium transferunt, concurrat oportet affectus, *l. 2. §. 3. D. de Pactis.*

---

Propugnator erit D. LVPERCIVS JOSEPHVS MAVLEON, & UILLAVA Iuriſprudentiæ Studioſus. Præſes Doct. CAROLVS CARIñENA, & YPENZA. Idibus Novemb. Anno 1688. Loco ſolito. Hora 2. poſt meridiem.

---

*Cæſar-Auguſtæ: Apud* EMMANVELEM ROMAN, *Vniverſ. Typog.*

# PLACITA LITTERARIA.

# PLACITA
# LITTERARIA,

## DESVMPTA EX PRINCIP. INST. DE ſingulis rebus per fideicommiſſum relictis.

### I.

DIRECTAM teſtamenti factionem paſsivá, non nullis Iuris Conditores interdixerunt (A) Sed hominum ſolertia, quæ ſemper liberam ſuarum rerum diſpoſitionem appetivit, adeo illos illuſsit, vt directo capere ex teſtamento prohibitis, adhuc ſingulas res per fidei-

(A)

*Veluti Terent. Clem. in l. ſi is qui 6. ff. de vulg. Impp. in l. vnica, C. de his qui ſe deferunt. lib. 10. l. 1. C. de hæred. inſt. l. humanitatis 8. cum authent. ſeq. C. de natural. liber. Vlp. in fragm. tit. 22. Inſtitut. Interpretes ad §. 1. de fideicom. hæred. verbo* quibus. *Ad quod ſpectat Tertulliani locus lib. de Monogam. Niceph. lib. 7. cap. 47. & Cicero 3. in Ver. & lib. 2. de finibus.*

*Dio lib. 46. Florus lib. 41. quod exornant Anton. Auguſ.*

deicōmiſſum relinqui poſſe, moribus induxerūt. (B)

Auguſt. de legib. cap. final. Cujat. in not. ad tit. de leg. Falc. Schol. 3. & conducit Quintil. lib. 5. inſtit. orat. cap. 11. ibi: Nam quia per leges inſtitui vxor non poterat hæres, id fuerat actum, vt ad eam bona per hoc fideicommiſſum pervenirent.

(B)

*Iuſtin. ductu in §. ſciendum de fideicom. hæred. quorum vſus principium ſumpſit per tempora Divi Auguſti conſtituto ab eo proprio Prætore, qui de fideicommiſſis ius diceret, l. 4. in princ. ff. quib. ad libertatem. l. 2. C. Qui potiòr. Vlpianus tit. 25. §. fideicommiſſa, Quintil lib. 3. inſt. orat. cap. 8. ibi:* Non debes apud Prætorem petere fideicommiſſum, maior enim Prætoria cognitione ſumma eſt. *Docent Cujat. lib. 21. obſer. cap. 36. Hotom. in princ. inſt. de fideicom. hæred. & eruditus Gonçalez in cap. Raynuncius de teſtam. num. 11.*

*Nec fideicommiſſa moribus inducta non fuiſſe probat tex. in l. verbis legis de verbor. ſignif. & quod per illum tex. notavit Bart. in l. 1. num. 4. de legat. 1. videatur Peregrinus de fideicommiſſis artic. 1. num. 6.*

*Nec fideicommiſſorum fini adverſantur tex. in l. 1. C. de hæred. inſt. l. 3. de his quæ pro non ſcript. l. omnibus 26. ff. ad Trebel. l. nemò 58. de legat. 1. ſi cum Pichardo in princ. tit. inſt. de fideicom. hæred. tempora conferas. Nec tunc obſtat tex. in l. de portati 7. de legat. 3. Pichard. ibidem num. 34. Connan. lib. 2. coment. cap. 3. D. Ioſeph. de Retes de interdict. & releg. lib. 3. excurſ. 5.*

## II.

FIdeicommiſsi ſingularis natura non tantum in certæ alicuius rei (puta fundi bobis argenti) (A) rogatione, ſed in rerum ſingularium reſtitutione abſque juribus, & actionibus conſiſtit. (B) Qua propter defendimus fideicommiſſum tam rerum mobilium, & inmobilium, quam certo loco circunſcriptarum, (C) aut omnium deducto ære alieno, ſuper exiſtentium, ſingulare eſſe. (D)

(A)

*Quæ exempla propoſuit Iuſtin. in noſtro text. & ſpecificè ſumenda hic putat. Vin.*

(B)

*Argument. l. quam Tuberonis 7. § 4. ff. de pecul. Bart. in l. centurio nu. 27. de vulg. & ibi Socin. Iun. nu. 267. Iaſon in l. à Divo Pio §. in venditione nu. 7 verſic.* Accedat, *ff. de re iud. Raph. Cum. conſ. 133. num. 1. Nec contrarius eſt difficilis tex. in l. mulier 22. §. vlt. ad Trebel. Balduin. in princ. inſt. de fideicom. hæred.*

(C)

*Argumento d. l. 7. §. 4. de pecul. l. moventium de verb. ſignif. Quia ſcilicet iura, & actiones, quæ includuntur fideicommiſſo vniverſali, non poſſunt loco circunſcribi, Mantica de coniectur. vltim. volunt. lib. 7. tit. 2. num. 9.*

(D)

*Tex. in l. cogi 16. §. 1. & ibi notat. Bartul. nu. 5. ff. ad Trebel. iuncta l. veniſſe 165 ff de verb. ſignif. Vide etiam Bartul. in l. Titius in fine ad Trebel. Alciat. conſ. 60. num. 13. & conſ. 166. num. 1 lib. 9. Mantica vbi ſup. num. 10.*

## III.

VT autem rerum ſingulariū relictarum participes efficerentur, ni-

hil

hil intererat; an rogatio fieret hæredi, an legatario. (A) Nam cum vnuſquiſque in eo in quo honoratur, onerari poſsit, (B) vtriuſque fideicommitere teſtator poterat, vt ſingulæ res ipſis relictæ cui voluerit reſtituerentur.

(A)

*Certiſſimum enim in iure eſt, fideicommiſſum poſſe relinqui ab his omnibus, quibus datur, vèl non adimitur, l. 1. §. ſciendum, & duob. ſeqq. de legat. 3. quibus acriter obſtare videtur, tex. in dict. l. 1. §. 8. de legat. 3. Conſule Fab. lib. 4. coniect. cap. 15. Oſuald. ad Donel. lib. 8. coment. cap. 8. lit. B.*

*Sivè beneficium proveniat à teſtamento, ſivè codicillis, l. vt hæredibus, ff. de legat. 2. l. 1. §. fin. C. com. de legat. l. vnic. §. quod ſi in medium, C. de Caduc. Tollen. l. 1. §. 10. l. 40. §. 1. ad Trebel. l. ſi legatarius 8. l. ſi ita fuerit 9. ff. de legat. 3. Peregrinus de fidecommiſ. Donel. lib. 8. coment. cap. 7. vbi Oſuald. lit. A.*

(B)

*Expreſsè Iuſtinianus in § præterea inſt. de fideicommiſſ. hæred. l. cohæredi 41. §. quod ſi hæredi. ff de vulgar. l. vt hæredibus 10. l. cum pater 77. §. 1. & §. Titio de legat. 2. l. ſi fuerit 5. §. 1. de legat. 3. l. Publius Mævius, § 1. de condit. & demonſt. l. ab eo . C. de fideicom. l. Imperator 70. §. 1. ibi:* Non amplius ex cauſa fideicommiſsi cogendus erit ſolvere, quã recepit *de legat. 2.*

*Præterquam ſi ſub conditione, vèl poſt tempus fuerit fideicommiſſum reſtituendum, tunc enim vſurarum admitit additamentum. Subtilis Papinianus dict. l. Imperator 70. §. 1. de legat. 2. Nec tunc obſtet, §. 1 verſic. Enim vero, dict. l. 70. Agnoviſſe enim videtur fideicommiſſum legato pæcepto.*

*Exornant Donel. lib. 8. cap. 7. & 8. vbi plena manu Oſualdus, Duar. ad l. 11. de legat. 1. Vacon. 4. declarat. 55. Matheac. epit. legat. cap. 1. nu 19. & ſeqq. Chiſtet. lib. 1. de iure fideicom. cap. 6. Anton. Gom. tom. 1. cap. 15. num. 43. & cap. 12. num. 54.*

*Nec obſtat text. in l. planè 94. §. ſicui de legat. 1. Cujac. in ead. l.*



SEd licèt legata, & fideicõmiſſa convenire agnoſcamus (A) in eo quod vtroque modo poſſunt res ſingulæ relinqui; (B) minimê confitemur poſſe â Legatario legari, (C) quamvis eius fidei cõmiti poſſe dixerimus; quia cum legatum delibatio hęreditatis ſit (D) ab ipſo hęrede relinqui debere cõfiteri tenemur. (E)

(A)

*Iuris vinculo fideicommiſſis atributo, multam cũ legatis ſimilitudinem contrhaxere arg. tex. in l. fidei commiſſum 87. de legat. 3. l vxorem 41. §. legaverat. ff. eod. l. Titiæ 35. l. Titia 38. ff. de auro, & argent. legat. iunct. §. ſed non vſque inſt. de legat. D. Frãc. de Amaya lib. 2. obſerv. cap. 3. num. 4.*

(B)

*Conſonãt plurima ex iuribus adductis, in 3 Thæſi, lit. B. Tex. in l. 25. §. 1. l. 32. §. pen. & vlt. ad leg. falc. l. planè 114. §. apud de legat. 1. l. nomen 34. §. apud de legat. 3. Mantica de cõiect. vltim. volunt. lib. 7. tit. 2. num. 4.*

(C)

*Negat expreſsè Sacratiſſimus Iuſtinianus in noſtro text. in fin. & in §. 1. inſt. de legat. l. legatum 116. de legat. 1. & l legatum 36. de legat. 2. Vlpian. in frag. tit. 24. §. 19. Caius lib. 2. inſt. tit. 7. Duar. & Cujat. ad leg. 1. de legat. 1.*

(D)

*Florentini verba in l. legatum. 116. de legat. 1. Parum facit quod fideicommiſſum ab hærede relictum hæreditatis ſit delibatio:*

Non

*Nō enim tunc legitimè delibatur hæreditas, prout notat Cujas. ad dict. l. 1. in princ. per tex. in l. à Titio 64. ff de furtis.*

(E)

*An vero poſtquam Iuſtinianus legata fideicommiſſis exequavit hæc duret inter legata, & fideicommiſſa differentia quæſtionis eſt: Pro cuius deciſſione adeundi inſtit. Gloſograph. in noſt. textu, & in §. præterea de fideicom. hæred. & communiter ſcribentes ad dict. l. 1. de legat. 1. à quibus etiam hæc illuſtratur Aſſertio.*

Defenſurus adſtabit GEORGIVS HYACINTVS NADAL, ET CARLOS, Iuriſprudentiæ Studioſus. Præerit Doct. ANTONIVS ORTIZ, & ETVLAIN. Locus Cæſar-Auguſtanum Academiæ Clauſtum. Die XXVII. Menſis Novembris, Anno 1688. Hora ſecunda poſt meridiem.

*Cæſar-Auguſtæ: Apud EMMANVELEM ROMAN, Vniverſ. Typog.*

# DISSERTATIO IVRIDICA
# DE
# CVRANDIS FRATRIBVS
# A MAIORE NATV.

## EXPLICATIO

FRAGM. LEG. III. COD. DE FILIIS OFFICIAL:
ET MILITAR. QVI IN BELLO MORIVNTVR.
LIB. XII. TIT. XLVIII.

## QVAM

EXCELLENTISSIMO DOMINO
**DVCI PALATÆ,**
STATVS, AC BELLI CONSILIARIO,
PERVANO, CHILENSI, AC TERRÆ FIRMÆ
PROREGI, ET SVMMO DVCI BELLI, &c.

DICAT

*EMMANVEL LAMBERTVS*
*Lopez, & Martinez, I.C. Cæſar-Auguſtanus, & Sacrorum Canonum Publicus Profeſſor.*

# EXCELLENTISSIMO DOMINO

*D. MELCHIORI DE NAVARRA & Rocafull, Alcantarenſis Ordinis Equiti, Duci Palatæ, Maſſæ Principi, Marchioni Tolæ, Supremo, nuper, totius Coronæ Aragonum Vicecancellario, & Sacri eiuſdem Conſilij Præſidi; In ſexvirali Hiſpanici, & Indici Imperij, Sereniſſimæ Reginæ Regentis Conſultationi, magno Adſeſſu, Adminiſtro; nunc Status, ac Belli Conſiliario, Peruano, Chilenſi, ac Terræfirmæ Pro-Regi, & Summo Duci Belli, &c.*

ENIM verò ſtultus planè ſim, & ab omni humanitatis ſenſu alienus prorſus, niſi ad optatiſsimum, gratiſsimumque de valitudine tua, de feliciſsimo Imperio, deque effuſiſsima in meos Fratres benevolentia, & beneficentia, nuntium, Te, per literas, quod

vnum licet, officioſiſsimè non ſalutem, & ſcholaſtico munuſculo, quo poſſum tantum, devotiſsimè non conveniam, Sapientiſsime, atque EXCELLENTISSIME PRINCEPS. Trahunt me vel nolentem ad hæc officia ritè perſolvenda Sacri, & prophani Codices, in quibus mihi ad gratulationem iſtam exempla paſsim præluccent illuſtriſsima: trahit ſingularis tua illa Humanitas, & dignatio qua Fratres meos, meoſque omnes, cenſeri, & eſſe Tuos iam dudum ſignificaſti, & recẽtibus in dies ſignificas argumentis: trahit potentiſsimus Fratrum ſtimulus, qui literarijs ſuis monumentis, quibus Sacram dicendi artem alter, alter Cæſaream Iuriſdicundi facultatem colere pergit, & excolere, prælo datis, Auguſtiſsimoque tuo Nomini inſcriptis, obligatiſsimam Tibi ſuam fidem, & voluntatem Orbi teſtatam volunt vniverſo. In clariſsimam ergo germaniſsimi, & devinctiſsimi mei animi teſſerã *Diſſertationem* iſtam qualem qualem, tuis tamen auſpicijs, ſub quibus lu-

*Videndus Sherlog. in Cant. veſtigat 4 ſect. 1. num. 2.*

cem

cem videt, illuſtrem, benignus excipe PRINCEPS EXCELLENTISSIME, & Clientium tuorum minimum, qui Iuriſpudentiæ floſculum officij cauſa Tibi offert, Vmbra, & Præſidio tuo ornare perge, quo fructus Tibi reddat vberrimos, & maturos. Te, Tuoſque ad Hiſpaniarum commodum, & ornamentum quã diutiſsimè ſervet Deus incolumes. Cæſarauguſtæ Kal. Martij Ann. M. D C. LXXXIV.

EXCELLENTIÆ TVÆ

perpetuus Cliens

*Emmanuel Lambertus Lopez, I.C.*

IV-

# IVDICIVM

*R.P. Vrbani Campos, in ſuo Cæſar-Auguſtano Societatis IESV Collegio Theologiæ Profeſſoris.*

VIx *Diſſertationem* iſtam *Iuridicam* oculis avidiſsimis perlegi, cum publicam illam lucem *Iure* ſibi ſuo exigere iudicavi: adeò ſe parvitate ſua magnam, præcoci exortu maturam, æqua rationum libratione ſanctam probat. Vbi vero in Authorem ipſum, præclarũque ipſius Minervale plane Genus adverti animum, ſuccurrit illicò illud Pſalmo-Graphi, *Ecce quam bonum, & quam iucundum habitare FRATRES in vnum!* Pſam. 132. nimirum *IOANNEM*, eximium Regiorum Subſelliorum Decus, *FRANCISCVM*, nobile Ieſuitici Ordinis, & Sacri Suggeſti Ornamentum, & *EMMANVELEM*, clarum Cæſar Auguſtanæ Academiæ Lumen, *LOPEZIOS*, germanos Fratres. Reipublicæ literariæ, clariſsimis Genij, & Ingenij ſui prælo datis Monumentis, ſuſpicienda Nomina, in Illuſtriſsimum Excellentiſsimi ſui Mæcenatis, Reginæque Sapientiæ cultum germaniſsima concordia conſpirare. Hoc meum iudicium ex præſcripto perilluſtris D. D. Lazari Romeo Metropolitanæ Cæſar Auguſtanæ Sedis Theſaurarij, & pro Illuſtriſsimo Domino Archiepiſcopo Generalis Vicar. j. Cæſarauguſtæ. Die 3. Martij Anni 1684.

*Vrbanus Campos.*

IMPRIMATVR

*Lazarus Romeo Vic. Gen.*

CEN-

# CENSVRA

*D. IOSEPHI FRANCISCI ARPAYON, ET Torres, I.C. Cæſar-Auguſtani, Sexti anteà, & Inſtitutionum Imperialium, nunc Veſpertini I. C. Profeſſoris, & in Aragoniæ Senatu Cauſarum Patroni.*

PLACET *Diſſertatio*, nihilque in ea Regijs Iuribus obſiſtit, vno verbo dico, dum ex præſcripto Illuſtris admodum D. D. Martini Franciſci Climente, Regentis Regiam Cancellariam, tam eximij operis Cenſorem agere iubeor; quin Authoris venuſta Iuriſprudentia imbuti, amæniorumque literarum rore conſperſi, egregia merita, longiorem expoſcant orationem, ſive commendationem. Opus quidem dignum vt Typis mandetur, in quo paucis plura dat Author, eruditè, & ingenioſè; *Bonus enim Statuarius, aut pictor, ſive Coloſſeas magnitudines faciat, ſive pauca, parvaque opera, eandem artem oſtentat.* Philo Hebræus in lib. Vita Viri Civilis. Sic ſentio, cenſeoque. Cæſarauguſtæ. Die 6. Martij Anni 1684.

*D. Ioſephus Franciſcus Arpayon & Torres.*

IMPRIMATVR

*Climente Reg. Cancell.*

D.

## D. EMMANVELI LOPEZIO, I. C. ET IN CÆSAR-AVGVSTANA ACADEMIA Sacrorum Canonum Publico Profeſſori.

D. Alphonſus Liſſa, & de Guevara, I. S. amoris, & benevolentiæ ergo ex eius nomine Anagrammatiſmum condidit.

DOMINVS EMMANVEL LOPEZIVS I.C.

ANAGRAMMA.

DVM PLENIVS ZELO, TVM NIMIS AMO.

*EPIGRAMMA.*

Quas valet ingenij tua gloria tangere mentes
Laudis amore tui, fortius vrget amor.
*Plenius* idcirco *dum* Te, monumentaque *zelo*
Ingenioſa, *nimis tum* vehementer *amo*.

D. ÆGIDIVS CVSTODIVS LISSA, ET DE Guevara, I. V. D. Authoris ex aſſe Amicus, & Commilito, anagramma Fratris ſui decoravit diſthico, quod ei excidit, vt peritioribus Iuriſconſultis contigebat.

*Gaium I.C. reſtor in l. 44. de rei vindic. Quæ ſic metricè concepta eſt, vt à quibuſdam legitur:* Fructus pēdentes fundi pars eſſe videntur.

*Dum zelo* ingenium, Teque ipſum *plenius* ipſe,
*Tum nimis* eximiæ munera mentis *amo*.

D.PHI-

## D. PHILIPPVS GRACIAN SERRANO, & Martinez, in Sertoriana Academia I. Cæſarei Baccalaureus, *In Laudem Authoris*, & publicam Amititiæ teſſeram.

*EPIGRAMMA.*

Egregiè Fratrum defendis Iura Minorum
Fratribus exiſtis, qui Minor ipſe tuis.
Maiorem Fratrum Cenſum vt Natura negarit,
Ingenij certè non dedit illa Minus.
An Dotes Magnæ maturè Mentis vt ornas,
Qui Minor es Natu, Maior es Ingenio?

---

## D. SILVESTER EMMANVEL SALVADOR, I. S & Authoris Conſobrinus. *In Laudem Operis.*

*EPIGRAMMMA.*

Laurus Apollinei Tibi tempora cingat honoris,
Pieridumque canat carmina mille Chorus.
O Quantum è parvo, cultoque volumine ſurgit,
Atque tuo Nobis nomine quale decus!
Per iuga, non miror, tibi plaudere Numina Pindi
Sidera ferre ſuper, cum mereare gradum.
Tu minimus Fratrum, & iam maximus incipis, ætas
Quod negat, eximio ſcripta labore ferunt.
Nolet opus fraterna cohors, Peruanaque Regna
Impleat auguſto nomine grande ſophos.

B D.

## D. EMMANVELI LOPEZ, IVRIS VTRIVSQVE DOCTORI, ET CAthedratico peritiſsimo, mandanti prælo per eruditam Diſſertationem de curandis Fratribus à Maiore natu,

D. Antonius Valenzuela, & Latre, Iuris prima laurea decoratus.

### *EPIGRAMMA.*

Sume pares animos, Fratrumque ingentibus auſis
Vtere, Lopecii poſtera fama Laris.
Cernis vt Americam Fratres tenuère, quod impar
Fratribus hæc Orbis pars foret vna tribus!
Hic Martem, tegit ille Togam, viget alter amæno
Eximiè faciens verba diſerta ſono.
Sola ætate Minor tribus es; ſed laudis honore
Omnibus es ſuppar, Maior & invidiâ.
Rectè igitur promis conceptos pectore fœtus
Iuſtitiæ, Orbatis eſque parente, parens;
Namq; doces, vinciſq; probans, quòd patre perempto,
Sit Maior natu Fratribus ipſe pater.



## LECTORI.

QVIDQVAM ex vigilijs meis in publicum edere nunquam fuerat in animo, vel quod nihil me omnium oculis, ac conſpectu dignum edere poſſe arbitrarer, [nec enim omnia vitalem genium habent, Libitinamvè vitant, ]vel multorum periculo edoctus quam arduum ſit omnibus placere, & grata omnium palato apponere; Quamvis enim extemporalem Recitationem ad *Cap. III. de Offic. & poteſt. Iud. Delegat. in VI.* è voce ad prælum revocaverim hoc crimen neceſſitatis fuit, nè in aliud ingrati crimē inciderem, ſi Cæſar-Auguſtanis Iuris ſtudioſis editione illa non inſervirem. Sed neſcio quo pacto conſilium, inſtitutumque meum mutat Excellentiſsimi Ducis Palatæ, Peruani Proregis, Patroni mei memoria, feliciſsimique ipſius Imperij nuntius, vt nihil hoc tempore priùs habeam, quam Excellentiſsimo Mæcenati gratulari, & aliquam meæ erga eum obſervantiæ teſtificationem in publicum prodire. Hoc vt præſtarem conſului lucubrationes meas, omneſque imperfectas, eruditiſsimiſque tanti Viri oculis indignas reperi; ſola ſe obtulit Diſſertatio hæc, quam pro Sacra Licēciali Corona adipiſcenda in patria Schola habueram, quamque propter materiam, nec enim quidquam *De curandis Fratribus à Maiore natu*, publicè editum eſſe arbitror, minus indignam eſſe cenſui, quæ ſub eius nomine, & auſpicijs ederetur. Sed nè mea huiuſmodi gratulatio paulo tardior videretur, effectū eſt vt Diſſertatio præcipitanter nimis in publicum prodiret, quam non modo perpolire, ſed & multis partibus locuple-

tare, & maiori rationum numero hanc curam ſuadere, dudum cogitaverã, æquam meis viribus, Mihique propriam, & vtilem materiam iudicans, qui meorum Fratrum minimus, & ſeptimus exiſto; & doctiſsimorum virorum votis annuens, huiuſmodi elucubrationes in publicum edi exoptantium, quod ſi exequerentur tot clariſsimi, & eruditiſsimi florentiſsimæ huius Academiæ Iuris-Conſulti, non vulgari totius Reipublicæ literariæ bono cederet. Imperfectam igitur, & inchoatam Diſſertationem agnoſco, vt mihi contra iudiciorum aleam aliquis ad veniam regreſſus ſuperſit, & vt omnes intelligant nondum me obſignatis tabulis egiſſe, vt Polycletus, & Apelles præſtantiſsimi artifices, me non feciſſe, ſed facere ſubſcribo. Habes, Lector, editionis cauſam, & excuſationem, nihil amplius. Vale, & provt mecum te geſſeris poſt future, aut non future benevole.

EX-

# EXPLICATIO FRAGM. LEGIS III. COD. DE FILIIS OFFICIALIVM, ET MILITARIVM QVI IN BELLO MORIVNTVR. LIB XII. TIT. XLVIII.

ALTO preſſus veterno animus, Rector Illuſtriſsimè, alto preſſus veterno animus convitia, qualia in Tuccium Romani viri evomuere, non timuit. Ille quidem profectus ex Hiſpania poſt tot exantlatos labores Vrbem appulit Romam, iamque ad Pontem Muluium acceſſerat, cum ſportularum fabula occurrit intranti. Subaudivit quoſdam, qui à ſportula ad Pontem tranſierant, vrbana officia, qualia meditabatur, deteſtari: ille hærere, aures arrigere, pavere ad ſingula. Illicò habenas flectit, calcar admovet, repedat in Hiſpaniam; incitatus ſtimulis equus non ſufficiebat in curſum effuſo, Romanis, quibus maiores nuſquam Ronchi, iactantibus: Heus!

*A Ponte redijt Muluio.* [A]

Vererer equidem haud diſsimilia in me acuminari convitia, dum ſtudiorum via emenſa, ad ipſam honoris ianuam, ſic hærerem perinde quaſi ad illam intrandam viam non feciſſem; Sanè, inverſo aliquantulum convitio, impunè quiſquam poſſet exclamare: Heus!

*In Ponte ſiſtit Muluio.*

(A) Ex M. Val. Martial. lib. 3. Epigr. 14.

Et-

Ergo Vrbem denum ſubire conſilium eſt; ſed quam Honoris, hac ambio donari civitate: Candidatorum munia illa erant ambire, circumire, perluſtrare. Idem ſit, & ſiſtere, & inaugurari lemniſcis.

Vnum tamen antè repetitionem prætermittendum non eſt, meæ erga hanc Academiam gratitudinis monumentum, obſequij, potius dixerim, quo eam gratiſsimè ſuſpicio, ardentiſſimè appeto. Hic informatur Iuvētus; hic quę ad ingeniū ſpectant arma cuduntur; hic cernere eſt Iuriſperitorum peltatas acies, armatos Theologorum cuneos, expertam bellatorum multitudinem, qui ingenium ſuum ad palmas, ad triumphos, ad immortalitatis laureas, mirabili ſtudio, & induſtria erudiunt, validiſsima Minervæ ſub vexillo merentium agmina militum, quorum quiſque omnes boni Pancratiaſtæ numeros explere poteſt: Quam Cæſar-Auguſtanam Palæſtram ſi ille Philoſophus Xenophon intueretur, Cæſar Auguſtam ſua Pallade tam Magnificam, & ornatam diceret, quam Epheſum Diana ſua nobilem appellavit. O Alma Scientiarum inclyta Mater! memoriam obſequijs tuam proſequi ſempiternis alumnos cogis. [A] Me præcæteris, cum tuorum erga me beneficiorum memoria vita excidere non poſſit, quæ inter nec levius erit, vt peroranti Mihi adſis præſentiſſima. Vtinam votis annuas.

(A) *Hiſtoriam, & excellentias H. Academia proſequitur plena manu meus colendiſ. Frater D. Ioannes Ludovic. Lopez, in Syntagm. pro Fiſco Univerſit. à fol. 38. ad 78.*

Illuſtrandum repeto Fragmentum Græcæ cuiuſdam Conſtitutionis à Iacobo Cujacio, Iuriſprudentiæ coriphæo, latinitate donatæ, relatum *Leg. 3. tit. 48. C. de Filijs Official. & militar. qui in bello moriuntur lib.* 12. quodque materiam ſatis, ſuperque provinciæ miniſtrabit. Heccine verba: MANIFESTVM EST MAIOREM NATV FRATRVM SVORVM CVRAM HABITVRVM. A quibus haud longè abijt D. Ant. Auguſtinus Iuris Conſultus elegans, & terſus, *in Collect. & Interpret. Græcarum Conſt.* dum hoc Fragmentum ſic latinum fecit: *Maior Frater proſpiciet, vt credendum eſt, ſuis Fratribus.* Cæterum cum Illuſtratores Codicis, & quod magis eſt ipſi Auguſtinus, & Cujacius, exilibus adeò Commentarijs fragmentum hoc proſequantur, vt vix literam eius videantur tranſcripſiſſe; & ex alijs Authoribus nemo, quem viderim, illud alleget; cumque noviſsimus D. Hieronymus Altamiranus, qui abſolutiſsimum Commentarium ad *Tit. C. de Filijs Official & Militar.* edidit, plura alia luculentius accumulans Iuris Conſultiſsimo viro digna, materiam hancce iniunctæ natu Maioribus ſuorum Fratrum curationis, vt potè manifeſtam; cum ipſa conſtitutione ſupponat; Eius repetitioni operam dedi, Quintiliani [A] non immemor, qui Iuvenes, teneriſque adhuc viribus, in publicum dicentes, incipere à re quam maximè facili voluit. Operi accingor.

VERBA TEXTVS.

(A) *Lib. 2. Inſtit. Orator. cap. 6.*



Ait Textus MANIFESTVM EST, quod loquendi genus præomnibus notari debet, eo enim vtuntur Iuris Conſulti cum rem extra dubitationis aleam poſitam affirmant, ſic Paulus *in l. vlt. de offic. eius cui mand. eſt iuriſdict.* ait: *Mandatam ſibi iuriſdictionem mandare alteri non poſſe manifeſtum eſt.* Venulejus *in l. 52. § 1.*

de

*de adquir. poſſeſſ. Eum qui ædificare prohibeatur; poſsidere quoque prohiberi manifeſtum eſt.* Et Scævola *in l. Thais* 41. §. *ab hæredibus* 13. *de fideicom. libert. Manifeſtum eſt teſtatorem huius quoque actus rationem à Sticho reddi voluiſſe.* Quod ſequutus, quiſquis auctor ſit noſtræ legis 3. de quo nihil certum habeo, quod in medium proferam, *manifeſtum eſſe* affirmavit, Maiorem natu cæteros Fratres curaturum, non redditis, quas facilè poſſet, rationibus; ſed ex pluribus, operæ precium duxi congruentiores tantum adducere, & quis natu Maior? qui Fratres? quæ Cura habenda? deinceps diſquirere.

VERBA TEXTVS.

**I. RATIO EX AFFECTIONE**

Provenit prima ratio ab affectione fraterna; quam ipſa natura celat in animis, & ad quam ortu initiamur, quam non didicimus, accepimus, ſed ex natura ipſa arripuimus, hauſimus, quæque æquiſsimum Fratrum patrocinium dictat, quibus promiſcuè ob generis propinquitatem debetur, & meritò: *Quod* enim *Fratri congruentius adſtabit adiutorium quam Fratris?* Interrogabat Nicetas *lib.* 1. *Annal.* & Salluſtius *in Iugurtam*: *Si Frater Fratrem non liberat, quid faciet alienus? Nam quis amicitior quam Frater Fratri, aut quem alienum fidum invenies?* Accedit quod vel ipſum fraternitatis nomen, cum magni honoris ſit, Reges enim olim Fratres ſe appellaſſe teſtis eſt Gregorius Turonenſis *lib* 2. *cap.* 35. in Epiſtola Alarici Regis ad Regem Chlodoveum, vbi legitur: *Si Frater meus velit:* eſt etiam ſuaviſsimum, & iucundum, nullumque aliud gratius, iuxta illud: *Dulciſsimis Fratribus meis*, quod habetur *in l. cum Pater* 77. §. 20.





§. 20. *de leg.* 2. *Soror ſuaviſsima in d. l.* 41. §. 4. *de fideicom. libert.* Et §. 6 *Sorori meæ Chariſsimæ*; eſtque etiam ſummi adfectus, & benevolentiæ: *Certè quoties blandiri volumus amicis*, inquit Quintilianus *declam.* 31. *nulla adulatio procedere vltrà hoc nomen poteſt quam vt Fratres vocemus.* Nec longè abijt I. C. Paulus relatus *in l. Nemò* 58. *de hæred. inſtit. Qui Frater non eſt, ſi fraterna Charitate diligitur, rectè cum nomine ſuo ſub appellatione Fratris heres inſtituitur*, iuncta *l. verum eſt* 63. *pro ſocio.* Nequè omittam, plura alia conſultò premens, vulgare Etymon; *Frater* dictus eſt quaſi *ferè alter*, [A] quo alluſit Quintilianus *vbi ſup.* cum dixit: *Quid eſt aliud Fraternitas quam diviſus ſpiritus?* & expreſsius Ovidius *de triſtib. lib.* 4. *Eleg.* 10.

*Iamque decem vitæ Frater geminaverat annos*
*Cum periji, & cœpi parte carere mei.*

Quæ notio iocandi, vt nonnullis viſum eſt, vel exprimendi fortè haud vulgaris [B] Fraterni amoris Ciceroni occaſionem dedit, qui cum confecto munere Cilicia decedere S. Conſulto iuberetur, potius alium quam Q. Fratrem ſucceſſorem relinquere voluit, ſuique Conſilij rationem Cœlio reddens *lib.* 2. *Famil.* 15. Veritum ſe ait, nè ſi Fratrem reliquiſſet, S. Conſulto, quo decedere iuſſus erat, fraudem feciſſe videretur, quaſi non in totum, ſed altero ſe relicto deceſſiſſet.

Quæ omnia ſi deeſſent, vel ſola Sacræ Paginæ ſententia Fratrum patrocinium ſuaderet: *Fratribus* enim *tempore tribulationis inter ſe adiuvantibus, miſericordiam vt liberentur ſuperventu-*

(A) *Aul. Gellius* 3. *noct. Attic.* 10.

(B) *Lib.* 1. *Epiſt.* 8.

turam legitur *Eccleſ. cap. 40. Frater qui adiuvatur à Fratre tanquam civitas firma* ait *Proverb. cap. 18 verſ. 18.* Et ſeptuaginta legerũt, *quaſi Vrbs munita, & excelſa, invaleſcet autem tanquam fundatum regnum.* Quod in noſtro feliciſsimo, & Auguſtiſsimo Aragoniæ Regno agnoſcere gloriamur, nec leve perennitatis ſuæ præſagium eſt, cum ad eius primordia firmiter conſtituenda Votum, & Fratrem ſuum Felicem Dominus induxerit [A] & vt ſecurè, ac fœliciter coronæ huius fabrica conſtitueretur, ſub duorum Fratrum adiutorio ob vtilitatem publicam vnà ſudantium. Rectè Claudianus divino munere dignos autumat Fratres, qui ſe invicem adiuvantes laborant, dum notiſsimis verſibus canit:

(A) *Brizius Martinez in Hiſt. S. Io. Pinat. lib. 1. cap. 10.*

*Aſpice ſudantes venerando pondere Fratres*
*Munere divino ſemper honore coli.*

Leges itaq; magnam de ad fectione, & amicitia fraterna propter ſanguinis coniunctionem ſpem, atque fiduciam conceperunt, pluraque *in honorem ſanguinis*, vt mea faciam verba *l. 1. §. largius de ſucceſſ. edict.* conceſſerunt; quo pertinet illud, quod tutela adverſus Fratres, vel ex Fratre nepotes, ſuſcipere nemo cogatur *l. humanitatis 23. C. de excuſ. tut.* quod non minus monſtrum ſit Fratrem occidere, quam Patri, Filiove tale moliri, *l. 1. ad l. Pomp. de parric.* quod Fratris factum Fratri non noceat, *l. ſi quis, §. 1. ſi quis aliquem teſtari prob.* quod Frater neque in Fratrem teſtimonium dicere cogatur, neque in caput Fratris torqueri valeat, *l. in Criminibus, §. 10. de quæſtionibus*, quod vno ex Fratribus emptis redhibito, alterum quoque redhiveri





oporteat, *l. 35. 39. & ſeqq. de ædilic. edict.* Nec minus illud hinc effectum eſt, vt impubes, & emancipatus poſt mortem Patris ſui Tutoris legitimi, tutelæ Fratris ſui concreditus fuerit, quaſi nemo eo fidelius, & diligentius adminiſtraturus eſſet res Fratris impuberis, *Inſtin in inſt. tit. de fiduc. tut.* dictaque hæc tutela *fiduciaria*, quia iura Fratri erga Fratres confidunt: & quid mirer, ſi Maiorem natu Fratrem ſperent cæteros curaturum, cum tantam naturæ fideiuſsionem habeant.

II. RATIO EX MAIORI ÆTATE.

Sed non ſolum quia Frater, ſed quia Maior Frater, curaturus eſt, maiori enim ætati plurimum indulgetur, & Romani natu Maiores, & ſenes præ cæteris impenſè verebantur, *l. fin. de fide inſtrum.* optimus textus Calliſtrati *in l. 5. de iur. immunit. Senectus,* ait *venerabilis fuit, & Maiores noſtri penè eundem honorem ſenibus, quam Magiſtratibus tribuebant.* [A] Neque gravabor Iuſtini verbis quam nactus ſum ſpartam ornare, qui *lib. 3.* inquit. *Maximum honorem, non divitum, & potentiorum, ſed pro gradu ætatis ſenium eſſe voluit; nec ſanè vſquam terrarum locum honoratiorem ſenectus habet.* Hinc maiores natu ſuorum Fratrum Patres & domini dicebãtur, quod frequens eſt apud Ciceronem ad Q. Fratrem, *lib. 1. Epiſt. 3. Cum te deſidero, Fratrem ſolum deſidero; Ego vero ſuavitate propè Fratrem; propè æqualem, obſequio Filium; conſilio Parentem;* & mox paucis interpoſitis: *Quem meus Cicero, & amabat vt Fratrem, & vt Maiorem Fratrem verebatur.* Concinit Sacra Pagina *Geneſis, cap. 27 Eſto Dominus Fratrum tuorum, & incurventur an-*

(A) *idé Coth. in not. ad h. l. 5.*

te te. Nec omitti poteſt *lex 2. tit. 7. part. 2.* illic: *E otro ſi les deven moſtrar como amen, è teman à ſus Padres, è à ſu Hermano mayor, que ſon ſus Señores naturalmente por razon del linage*; & *lex 2. tit. 15. Que el hijo mayor ha poder ſobre los otros ſus hermanos, aſsi como Padre, è Señor, è que ellos en aquel lugar le deven tener.* Tandem cum natu Maior caput ſit ſuorum Fratrum, eò Fratres excedit quo caput cætera corporis membra, *l. cum in diverſis, de relig. & ſumpt. funer.* Ecquid autem, ſi Seniorem, Dominum, Patrem, amantem, providum, benignum leges ſperent, & non ſolum affectu, ſed etiam ſenili prudentia cæteros Fratres curaturum?

III. RATIO EX PRÆLATIONE HONORIS.

Altera nec levior noſtræ Conſtitutionis ratio deſumi valet ex eo quod Maiores natu Filij Parentibus ſuccedunt in his quæ honorem attribuunt, quia Inſtrumenta, & vltimæ voluntatis elogia penes Fratrem Maiorem deponuntur ex Iuris-Conſulti ſententia *in l. fin. de fid. inſtrum.* [A] Verba textus ſunt: *Si de tabulis teſtamenti agamus, vt deponantur, ſemper Seniorem iuniori præferemus.* Cui adſtipulatur, *l. 7. tit. 15. par. 2.* eique iungenda etiam eſt Novell. *Iuſtin. 73. quemadm. fid hab. oport. inſtr.* quoties enim controverſia eſt de hæreditate, pendente lite, deponuntur tabulæ, vel in æde ſacra apud ædilem, vel apud Virum idoneum, *l. vlt. de tab. exhib.* magis autem Idoneus, & præcæteris habilis natu Maior cenſetur arg. *cap. porro 6 diſt. 84.* Neque me fugit haud tantum ob controverſiam teſtamenta deponi ſolere, teſtantibus enim ſolenne etiam erat, vel privatim apud amicum aliquem ple-

(A) *Ita Dionyſ. Goth. in prax. Civ. lib. 1. tit. 5. pag. m. 273.*



plerumque deponere, quo ſenſu accipiendæ ſunt *l. 3. § 1. de tab. exhib. leg. 1. § ſufficit de bonor. poſſ. ſec. tab. l. 1. §. ſi quis 38. depoſiti, l. ſi quis tab. de dolo.* Vel publicè, ideſt, vel in Æde Sacra apud Ædituum, vel apud Tabularium, vel apud Virginem Veſtalem, vti de Iulio Cæſare narrat Suetonius *in eius Vita, cap. 83.* Et de Auguſto idem Suetonius *in Octavio, cap. 1.* & concinit Papinianus *in l. vlt. de his quæ in teſt. del.* ibi: *Si quaſdam tabulas in publico depoſitas abſtulit, atque delevit,* Et de inſtrumentis, ſive ſcripturis idem expreſſatur *in l. cum Pater, §. donationes, de leg. 2.* ibi: *Donationis prædiorum epiſtolam ignorante Filio Mater in Æde Sacra verbis fideicõmiſsi non ſubnixam depoſuit, & ad Æditum literas tales miſit: Inſtrumentum voluntatis meæ poſt mortem meam Filio meo tradi volo.*

ILLVSTRATVR L. 77. §. 21 DE LEG. 2.

Claves etiam Domus, & rerum hæreditariarum Fratribus natu Maioribus, vt potè prudentioribus traduntur, expreſſus textus *in l. cum Pater 77. §. 21. de leg. 2. Pater pluribus Filijs hæredibus inſtitutis moriens claves, & anulum cuſtodiæ cauſa maiori natu Filiæ tradidit*; quod quidem eò factum à teſtatore reſpondet Papinianus, vt ſibi, & Fratribus ſuis coheredibus bona ſervaret, & comune negotium gereret; mos enim erat decedentibus claves vni ex hæredibus tribuere, argumentumque fuit commiſſæ curæ, ſive familiæ adminiſtrationis ex *l. 74. de contrab. empt.* §. *interdum, inſt. de rer. diviſ.* Vti & ingredienti nuptæ claves datæ ad curam domeſticarum rerum innuendã, quæ in divortio illi adimebantur; [A] Idemque traditione anuli expreſ-

(A) *Henric. Salmuthius in memora'. Pancirolli, lib. 1. tit. 1 de nupt. in fin.*

preſtabant: ſed ſi cui id minus arrideat, cum bono Mercurio ineat, vt dicitur, viam rectam, & memor ſit Regis Antiochi, qui cum decideret in lectum, & in languorem præ triſtitia ob non captam Civitatem Elymaidem ſicut cogitaverat, convocatis omnibus amicis ſuis, præpoſuit Philippum amicum ſuper vniverſum Regnum, & *dedit ei diadema, & ſtolam ſuam, & anulum, vt adduceret Antiochum Filium ſuum, & nutriret eum*, vti traditur *lib.* 1. *Machabæor. cap.* 6.

Et ſic etiã hæredes, & ſucceſſores deſignari teſtis eſt Val. Max. *lib.* 8. *Barulus Spintheri decedens ſuos anulos, perinde atq; vnico hæredi tradidit*. concinunt Ælius Spartianus *in Adriano*, & Iuſtin. *lib.* 12. & apud Suetonium, *cap.* 73. legitur Tiberium deficientem exemptum digito anulum, quaſi alicui traditurum parumper tenuiſſe; & de Caligula, *cap.* 12. adijcit, iuſiſſe anulum adhuc ei ſpiranti detrahi, & quoniam ſuſpicionem retinentis dabat, pulvinum inijci iuſiſſe; Dioque *lib.* 53. refert Auguſtum cum morbo graviſsimo conflictaretur, deplorata ſalute anulũ Agrippæ tradidiſſe; videndi etiam Egeſippus, *l.* 1. *c. vlt.* Val. Maxim. *ad fin. lib.* 7. & Plin *lib.* 33. *cap.* 1. At illud, vel leve, non omittam; antiquos ſolitos dicere ſibi anulos detracturos, cum omnia ſua bona in alicuius favorem profuſuros eſſe pollicerentur; quod didici ex Suetonio in Iu io, *cap.* 33. *Nam cum in alloquendo, exhortandoque*, inquit, *ſæpius digitum levæ manus oſtentans, affirmaret ſe ad ſatisfaciendum omnibus, per quos dignitatem ſuam defenſurus eſſet, anulum quoque æquo animo detracturum ſibi: Extrema concio, quia faciliꝰ erat videre concionantem, quam audire, pro dicto accepit, quod viſu ſuſpicabatur, promiſumque ius anulorum cum millibus quadringentis fama diſtulit.*



Nec aliud deſignat traditio anuli, quæ in Pontificum inaugurationibus fit, quam ſupellectilis Eccleſiæ cuſtodiam, vti docet Innocentius *Epiſt.* 526. *lib.* 1. quæ fuit etiam cauſa cur pronubis daretur anulus apud Clementem Alexandrinum, *in pædagogo*; cui addi poſſunt duæ aliæ ob quas anulus datur ſponſæ, quas coniunxit Iſidorus, *lib.* 2. *de divin offic cap* 15. *Quod in primis nuptijs anulus ſponſæ à ſponſo datur, fit nimirum vel propter mutuæ dilectionis ſignum, vel propter id magis, vt eodem pignore eorum corda iungantur, indè & quarto anulus digito inſeritur, ideo quia in eo vena quædam fertur ſanguinis, quæ ad cor vſque perveniat*; dictuſque is anulus *pronubus*, ſecundum illud Tertulliani *de cultu fœminarum*: *Aurum nulla norat præter vno digito, quem ſponſus oppigneraſſet pronubo anulo.* [A] Igitur ſi apud Maiorem natu teſtamentum, inſtrumenta, claves domus, & anulus deponuntur, ſuorum Fratrum curam etiam apud eum deponi quis abnegabit?

(A) *Vide plura apud P. Lud. Lacerda, Ad verſ. Sacr. cap.* 64. *nu.* 15.

IV. RATIO EX PRÆLATIONE SVCCESSIONIS.

His accedit Filios natu Maiores in ſucceſsionibus præferri, quæ quidem prælatio in Regnorum ſucceſsionibus cæpit cum Gentilitijs ex præſcripto naturalis rationis, & Iuriſgentium. Teſtem adduco Homerum *Iliad.* 6. vbi præferendum eſſe Iovem in Regno Cretenſi *vt Primogenitum, rerumque peritiorem* ait; locupletior teſtis Livius qui *orat.* 40. de Regno Macedonico

co verba faciens, Perſei nomine, Demetrij Fratris Minoris avaritiam reprehendit illis verbis: *Regnare vtique vis? huic ſpei tuæ obſtat ætas mea, obſtat gentium ius*; & poſtea: *Cupit regnum, & quidem ſcelerate cupit, qui tranſcendere feſtinat ordinem ætatis, naturæ, moris Macedonum, Iuriſgentium; obſtat Frater Maior.* Omitto Iuſtinum *lib. 2. cap. 10. & lib. 16. cap. 1. & lib. 34. cap. 3.* Nicetam Choniatem *in Ioan. Comn. lib. 1. ad fin.* vnum daturus Herodotum *in Polymnia*: *Mos omnium Populorum eſt*, inquit, *vt natu maximus imperium habeat.* conſonat *l. 2. tit. 15. part. 2.* illic: *Que el Señorio del Reyno no lo obieſſe ſe non el Fijo mayor deſpues de la muerte de ſu Padre, è eſto vſaron ſiempre en todas las tierras del mundo.* [A] Quod idé & in Hiſpanis Maioratibus obſervatur, in quibus natu Maioris, ſive Primogeniti potior, & prima cauſa eſt; quam prælationem originem traxiſſe à iure etiam naturali, & gentium ſatis ſuperque comprobatum eſt. [B]

(A) *Proſequitur plene D. Franciſcus Ramos, pro Epiſcopat. Luſit. ex n. 7.*

(B) *Viſendus Ludov. Molina de Hiſp. Primog. lib. 1, cap. 4.*

V. RATIO EX CONTINVATIONE OFFICIJ.

Officia inſuper & munera, ſi idoneus maior Filius appareat in eum continuantur, quæ expreſſa ſententia eſt *n. leg. 3.* iubentis, quod ſi quis in Biarchia, alijſve inferioribus officijs Conſtitutus pro Republica dimicans occiderit, in locum eius, in eaſdemque annonas Filius ſubrogetur ſi vnicus, ſin plures natu Maximus. [C] Quod quidem ex communi Parentum voto Filijs conceditur; nec omittam huiuſce rei teſtimonium, quod extat apud Livium *lib. 5. cap. 18.* cum enim Publio Licinio, ætatis grandævo, effœtoque virium Populus, ob moderationem in priore Magiſtratu expertam, Tribunatum Mili-

(C) *Illuſtrat h. l. 3. [illegible] in Com. ad h. tit.*

li-



litum conſulari poteſtate, honore continuato inſtauraret, vt Calvo Licinio Primogenito decus illud refunderetur, oravit, quod Cives conceſſere tanquam idem eſſet in parentem, ac filium honores extendere, & quod nato præſtabatur Patri prorogaretur, verba ſunt: *Omen Concordiæ, Quirites, rei maximè in hoc tempus vtilis, memoria noſtri Magiſtratus, vos his comitijs petere in ſequentem annum video, ſi & Collegas eoſdem reficitis, etiam vſu meliores factos; me iam non eundem, ſed vmbram, nomenque P. Licinij relictum videtis: Vires corporis affectæ, ſenſus oculorum, atque aurium hebetes: memoria labat, vigor animi obtuſus. En vobis*, inquit, *iuvenem*, filium tenens, *effigiem, atque imaginem eius, quem vos antea Tribunum Militum ex plebe primum feciſtis. Hunc ego inſtitutum diſciplina mea Vicarium pro me Reipublicæ do, dicoque. Vos quæſo, Quirites, delatum mihi vltro honorem huic petenti, meiſque pro eo adiectis precibus mandetis.*

Cum igitur ad cõmodũ cæteris fratribus maiores natu fratres præponantur; rectè ait noſter textus *Manifeſtum eſſe* fratrem maiorem, hoc ſolatio adiutum, cæteros curaturum, ſequutus I.Conſulti ſententiam *in l. 55. pro ſocio*: *Æquum enim eſt vt cuius participavit lucrum, participet damnum. L. nè lucrum 5. C. de curat. furioſ. L. 10. de reg. iur.* & doctrinam *legis ex qua 149 eodem*: *Ex qua perſona quis lucrum capit, eius factum præſtare debere*; vt non ſolùm Maior natu lucrum ferat, ſed gravamini ſubiungatur; *l. vlt. C. de legit. hered.* & meritò: *Vt ſicut omnis pinguitudo terræ ad eum recurrit, ita etiam aquæ in-*

D com-

*commodum ad eum defluat*, vſurpata verba ab Vlpiano *in l. 1. §. vlt de aqua, & aquæ pluv.*

QVIS NATV MAIOR.

Sequitur in textu: MAIOREM NATV. Quod ex Fratribus intelligas, etſi enim Maiores dici ſuperiores, ſupra tritavum, nec decennes pueri ignorent teſtante Vlpiano *in l. 4. § parentum de in ius vocando*; quo ſenſu accipiendæ etiam ſunt *l 3. de interdict. & releg. l. 35. de minorib. & l. 36. de bon libert.* necnon dici, qui aliquibus antè nos ſæculis vixerunt, etiam ſi cognati noſtri non ſint, quod vſitatiſſimum eſt Iuris Conſultis *in l. 3. de iur. immunitat. l. 3. de donat. inter. l. 28. § vlt. de pœnis, l. 20. de legibus*; quo etiam pertinet querela illa Egregij Philoſophi Senecæ *lib. 1. de Benef. cap.* 10. *Hoc maiores noſtri queſti ſunt, hoc nos querimur, hoc poſteri noſtri querentur everſos eſſe mores, regnare nequitiam*: tamen noſter textus apertè de Fratribus maioribus loquitur.

Et rectè verbum *natu* in n. textu additur, prout etiam fit *in l. 77. §. Pater de legat 2.* ibi: *Maiori natu filiæ tradidit* quia licèt *Maior frater* in *l. 21. § vlt. de ann. leg.* intelligatur de eo tantum qui ætate maior ſit, tamen *maior* etiam quandoque dicitur, qui non ætate, ſed alijs qualitatibus præcellit, quo ſenſu accipienda eſt, *l. eſt receptum* 14. *de Iuriſdict. vt ſi quis maior, vel æqualis ſubijciat ſe juriſdictioni alterius, poſſit ei, & adverſus eum ius dici*; & eodem ſenſu *maior Iudex, maiores Iudices, & maior Magiſtratus*, dicitur *in l. 1 §. ſi quis de appellat. & relat. l. 34. Cod de appellat. l. 32. §. de liberali de recept. qui arbitr. l. 14. §. gerendorum de muneribus*; quò alluſit Feſtus *lib. 11.* dum ſcripſit: *Maiorem Con-*

*ſulem*



*ſulem L. Cæſar putat dici, vel eum penes quem faſces ſint, vel eum qui prior factus ſit*: tollendæ igitur dubitationis cauſa textus *maiorem natu* dixit, vtquè is tantum comprehenderetur, qui eſſet maior ætate, non qui genere, ſcientia, divitijs, potentia, dignitate, alijſvè qualitatibus alterum præcelleret, vt ſæpè contingit alterum excedere in aliquo, & huiuſcè rei reddidit rationem Apoſtolus 1. *Corinth.* 12. quia *diviſiones gratiarum ſunt, & ſpiritus dividit ſingulis provt vult.* Nec omittam Maiorem natu eum cenſeri, qui primo loco omninò natus ſit, tàmetſi alius filius eiuſdem vteri primo manum emiſerit, vti in filijs Thamar contigiſſe fertur *Geneſ. cap.* 38. (A)

(A) *P. Franciſcus Lopez meus frater chariſſ. En Sermon Nautico, y Gratulatorio, impreſſo en Lima Año 1681. pag. 3.*

Neque parvi momenti res eſt, an textus noſter de maſculo tantum natu Maiore accipiendus ſit, an etiam de fœmina: quod magis placet, cum enìm natu Maiori cura iniungatur, quæ legitimam perſonam haud expoſcit, ſed vt plurimum conſiſtit, vt deinceps dicetur, vel in curandis aliorum fratrum bonis, vel in præbendo ipſis conſilium, & harum rerum inexpertes fœminæ non ſint, quas ſcimus regna adminiſtraſſe, vti de Sabà, Iudith, & Debora, 3. *Reg* 10. & *Iudic.* 14. legitur, & Imperator dicit ſe participem conſilij habuiſſe Coniugem, *Novell.* 8. *vt Iudic. ſine quoquo ſuffrag. cap.* 1. nulla ratio eſt, cur excludantur, maximè cum in hanc curam naturali potius affectione, cuius maior vis eſt in fœminis, ac in maſculis, quam alio impetu rapiantur: Quo forſan ductus Alexander Dionyſidoro, ſic reſcripſit in *l. 1. C. vbi pupili educa-*



*ri*

*ri debeant. Educatio pupillorum tuorum nulli magis quàm matri eorum, ſi non vitricum eis induxerit, committenda eſt.* In hancque ſententiam expendi poteſt Papinianus in eleganti textu *d. l. cum Pater* 77. § 21. *de legat.* 2. vbi Pater plures filios habens, filiæ maiori natu iniunxit curam, & cuſtodiam bonorum ſuorum fratrum, quin querelam virilis ſexus poſſit movere, eo quod infirmiori ſexu poſt habeatur, quia hęc cauſa magis ætatis, quàm ſexus eſt.

QVORVM FRATRVM HABENDA CVRA.

Pergit textus FRATRVM SVORVM, ſive impuberum, ſive puberum; qui ex eodem Patre, eademque Matre geniti ſint, vel ex altero eorum; nec tantum maſculorum, ſed etiam fœminarum, quia prætérquam *Fratrum* appellatione etiam Sorores regularitèr continentur, *l.* 38. *famil. herciſc. l.* 35. *de pact. l.* 92. §. *quæſitum de leg.* 3. in noſtro textu eadem, ſeu maior ratio eſt cur contineantur, cum magis auxilio, & fraternali cura egeant ob ſexus infirmitatem; & cum mulieribus, quibus chara debet eſſe pudicitia, ad ipſam conſervandam leges, pleraque auxilia ſuppeditaverint, immeritò eis Fratrum auxilium denegaretur, ex quo haud minimum detrimentum pudicitia ſentiret: Adduco Div. Ambroſium *lib* 1. *Offic. cap.* 30. *Melius eſt*, inquit, *vt ipſe ſubvenias tuis, quibus pudor eſt ab alijs ſumptus poſcere.* Ecquid autem magis indecens erit, quàm Sororibus non ſubvenire, quibus ſinè pudore ab extraneis ſumptus poſcere ſexus non ſinit? Ecquid poſcere? neque ſe oſtendi, aurea verba *Novell.* 124. *vt litig. iur. in exord. lit. cap.* 1. ibi: *Si mulier, quæ propter* ho-



*neſtatem vitæ extraneis Viris ſe monſtrare non conſuevit.* concinunt *l.* 2. §. *ſin autem*, *C. de iur. iur. prop calum. dand. cap. mulieres de iud. in* 6. Et quæ invidia foret, Fratres curare, Sorores deſpicere: alienum equidem eſſet à mente Impp, *in l.* 13 *&* 18. *C de his qui accuſſ. n. poſſ* qui eandem curam Fratrum, ac Sororum haberi voluerunt: imò melior eſt nonnunquam conditio Sororum, quas Fratres tenentur dotare, arg. *l. cum plures* 13. § *fin. de adminiſtr. tut.* & afficere maximis beneficijs. [A]

Quod quidem patrocinium non ſolum Sororibus, ſed & Fratrum filiabus præſtari voluit Ovidius *in Epiſt. ad Oreſtem.*

*Vir precor Vxori, Frater ſuccurre Sorori,*
*Inſtant Officio nomina bina tuo.* [B]

Hinc Aſſuerus cum potuiſſet Eſther coniugem appellare: inter blandiendum Fratris nomine vtebatur, *Eſther* 15. *num.* 12. *Quid habes Eſther? Ego ſum Frater tuus, noli metuere.* Adeòque magna Fratrum, & Sororum coniunctio creditur, quod & in ſervis Fratrum, & Sororum diviſio impediatur: *Quis enim ferat liberos à Parentibus, à Fratribus Sorores, à Viris coniuges ſegregari?* ex *l. in Sardinia* 1. *C. Th. de communi dividendo*, ex qua deſumpta eſt à Triboniano *l. poſſeſſionum* 12. *C. communia vtriuſque Iudicij.* conſonant *l.* 35. *& l.* 39. *de Edil. edict.* elegantèr Seneca 9. *controverſ.* 3. *& in auctione Fratres hoſtilis haſta non dividit*; rationemque ſubijcit, *quia perdit vterque gratiam ſuam, niſi cum altero eſt*: & eandem amplectitur Gordianus Imp. *in l. cum allegas* 4. *C. de caſtrenſi pecul.* Etenim pe-

(A) *Dionyſ. Gotho. in prax. Civil. lib.* 1. *tit.* 5. *pag.* 290. *P. Barboſa in l.* 1. *ſoluto Matr. p.* 4. *ex num.* 127.

(B) *P. A. Pinto Ramirez in Cantic. Cant. l.* 1. *c.* 8. *v.* 1. *n.* 492.

*peregrinationis laborem, ſociatum commilitij eius, & obeundorum munerum conſortium affectioni Fraternæ nonnihil addidiſſe, quinimò vice mutua chariores invicem ſibi eos reddidiſſe, credendum eſt.* quam illuſtriorem facit Valerius Maximus *lib. 4. cap. 7. Contemplemur nunc*, inquit, *conſortij vinculum potens, & prævalidum, neque vlla ex parte ſanguinis viribus inferius; hoc etiam certiùs, & exploratiùs, quòd illud naſcendi Sors fortuitum opus: hoc vniuſcuiuſque ſolido iudicio incoacta voluntas contrahit.*

QVÆ CVRA HABENDA.

Deſinit textus: CVRAM HABITVRVM, quo ſenſu, *Prætor curam habuit*, inquit Vlpianus *in l.1. de ventr. in poſſ. mitt.* Quàm verò curam natu Maior habiturus ſit textus non expreſſavit; eam autem palam eſt haud eſſe curam legibus datam, quę generalitèr cura dicitur, ſeu munus, aut curatio, de qua loquuntur tit. *Cod. de Curat. furioſ. & prodigi*, & *Dig. de Curat. furioſ. vel alijs perſ. dand.* & *Inſt. de Curatoribus*: ſed quæ ſpeciatim cura dicitur, aut vigilantia, aut ſolicitudo, provt paſſim accipitur in iure, notandique ſunt textus *in l. 3. §. 1. de recept. qui arbitr. recept. Vbi ſemel quis in ſe receperit arbitrium ad curam, & ſolicitudinem ſuam hanc rem pertinere Prætor putat. l. 21. C. Th. de oper. pub. Solicitudinis curam impendere. l. 1. ad l. Iul. de ambitu: Ad Curam Principis Magiſtratum creatio pertinet. l. 9. §. 3. de reb. auth. iud. poſſid. Si quid erogavit in familia alenda, curandave. l. 11. §. 1. ad exhibend. ſervum veſtire, curare, poſſeſſorem oportere ait.* In quibus autem rebus verſari debeat hæc cura, aut vigilantia, vltimo loco dan-



dandum eſt, quod ad tria potiſſimum capita referre iuvat.

I. CVRA HONORIS.

Primò iniungitur Maiori natu cura Honoris aliorum Fratrum, & rectè hanc curam primam dicimus, quia cæteris rebus à ſapientiſſimis, & doctiſſimis Viris anteferri conſuevit, ita vt omnia honoris comparatione flocci haberent, iuxta illud Apoſtoli 1. *ad Corinth. 9. Expedit mihi magis mori, quam vt gloriam meam quis evacuet.* Conſonat autem huic Fratris Maioris obligationi Val. Maximus *lib. 5. cap. 5.* dum ſcribit: *Sui enim curam gerit, qui Fratri proſpicit nam cui Frater potens, magis eſt ornamentum quam Fratri, quid igitur turpius non amare quam Fratrem.* Aſſentit Plutarchus *de amicitia fraterna* cum memorat Scipionem Africanum omnia poſthabuiſſe præ fratris minoris honore, ſiquidem ſubiugata Hiſpania, devicto Hanibale, atque parta Africa, & Imperio aucto, nihil ſe præclarè egiſſe arbitrabatur, niſi, & Fratris gloriam, & nomen vnà creſcere videret, cuius quidem adeò fuit cupidus, vt non modò ſolicitudine, & cura Aſiæ Proconſulatum ipſi impetrarit, ſed etiam ſatis ſibi putaverit, ſi vt gregarius miles eum ſequeretur. Extant apud Veteres rara exempla, nec rarò, quale illud eſt quod refert Plinius *lib. 7. cap. 36.* de P. Rutilio, qui morbo levi impeditus, nunciata Fratris minoris repulſa in Conſulatus petitione illicò expiravit; idemque docet Caſtoris, & Pollucis Fratrum hiſtoria, fabulatur enim vnum alteri partem divinitatis, & immortalitatis comunicaſſe, vt plenè Fratrem mortalem non videret, quod ſic deſcribit *Stroza*: Ta-

*Talis Amyclæos non iunxit gratia Fratres*
*Alterna, quorum vita redempta nece eſt.*

Et *Æn.* 6 *verſ.* 121.

*Si Fratrem Pollux alterna morte redemit.*

Callias ille digniſſimus adoleſcens in Equitum Magiſtrum creatus, oravit potius Fratrem honeſtari. [A] Præterea Fabium Bibulanum apud Val. Maximum *vbi ſup.* & plures alios quos conſtat ſolidum officium Fratribus ceſſiſſe, aut aſciviſſe in communionem.

(A) *Refert Fridericus Solis de do-*
*no, q. 21, nu. 5.*

II. CVRA VITÆ.

Secundo iniungitur Maiori Fratri cura vitæ aliorum Fratrum, quæ quidem pretioſior res eſt teſte Heliodoro *lib.* 5. vulgari axiomate: *Non benè pro toto vita devenditur auro.* Quantum verò hac obligatione Fratres adſtringantur, notiſſimum facit Diocletiani, & Maximiani Imperatorum Sanctio relata in *l.* 13. *&* 18. *C. de his qui accuſ. non poſſ.* qua cavetur Fratrem capitale iudicium intendentem adverſus Fratrem non ſolùm audiendum non eſſe, ſed etiam exilij pœna plectendum; adeò ſimiles accuſationes Ethnicorum Imperatorum animos concitarunt: quid autem ſentirent Imperatores, ſi Fratris ſui incolumitatem, & exiſtimationem læderet natu Maior, qui honores gerit, qui Patris vicem, & locum ſuſtinet? meritò gravius puniretur, qui cæteris exemplo prælucere debebat, *magis enim pœna digni ſunt, quibus cum plurimum honoris per noſtram iuſſionem delatum eſt, inveniuntur in crimine,* ex *l. Presbyteri* 8. *C. de Epiſc. & Cler.* Neque deſtitutam hanc obligationem teſtimonijs, & exemplis habemus, ſcimus enim ex Sacra Pagina, *Gen.* 37 *in cap.* Ruben fi-



Filium maiorem Iacob voluiſſe Fratrem ſuum minorem Ioſeph à nece liberare, cùm alij Fratres morti eum tradere nitebantur. Huc etiam pertinet vxoris Intapherni factum, [A] quæ maximum fraternæ adfectionis ſpecimen exhibuit; optione enim ei à Dario Rege data, quem ex Filijs, Marito, & Fratre vinctis, interfici iuſſis, liberari vellet, Fratrem elegit.

(A) *Narrat Herodotus in Thalia*

III. CVRA BONORVM.

Tertia tandem, & vltima Fratris Maioris obligatio conſiſtit in curandis cuſtodiendiſvè aliorum Fratrum bonis, & divitijs, quia cum eis familiarum decus, & honor conſervatur, inquit Divus Auguſtinus *de Civit. Dei, lib.* 3. *cap.* 10. egeſtateque ſordentibus eſt mors ſolatium, & vita ſupplicium, *l. quiſquis, §. Filij verò, C. ad l. Iul. Maieſt.* Rurſuſque in memoriam trahi debet, *l. Pater* 77. §. 21. *de legat.* 2. qua cuſtodienda bona aliorum Fratrum Sorori natu Maiori traduntur, cuſtodiæ quidem cauſa, non transferendi dominij, vt Papinianus elegantèr reſpondet; concinit etiam Scævola *lib.* 22. *Digeſt.* in *l. liberto* 21. § *Pater* 5. *de ann. leg.* vbi Pater duos Filios habens à Fratre Maiore primò petijt, vt ad ſtudia liberalia Fratris ſui inferret annua dena pro mercedibus Præceptorum, ab annis duodecim ætatis, vſque ad annos quatuordecim; olim enim à 12. fermè anno, ad 14. vſque pueri ſtudijs liberalibus imbuebantur, id eſt, Grammaticos, & Geometras adibant; & poſt decimumquartum ætatis annum ad Scholas, ſeu Academias mittebantur, Maioribus Scientijs imbuendi: puta Eloquentia, Philoſophia, Mathematicis, Iureque, teſte Paulo Ægineta *lib.*

E 1.

l. *cap.* 14. [A] Secundò eò ampliùs adiecit, vt prædiorum Filio impuberi relictorum fructus, ſivè redditus ad Maiorem natu Fratrem pertinerent, non ita vt fructus eius fierent proprij iure dominij, ſed vt eos ipſe interim perciperet, & reſtituendos ſervaret; cum enìm Pater Maiori natu Filio iniunxiſſet, quòd tributa Fratris ſui *pro Cenſu* dependeret, hoc voluiſſe Patrem, vt onus iniungeretur Fratri Maiori natu, cui perceptio fructum permiſſa erat, non malè infertur. [B] Ait *pro Cenſu*, quia vt Feſtus ſcripſit *Tributorum Collatio, alia eſt in capite, alia in cenſu*; cenſus autem ſivè tributa onera ſunt fructuum, onera agrorum, non hominum, *l. Imperatores 7. de publicanis*, vndè Caſſiodorus *lib 4.* dixit, ideò varia eſſe tributa, quia *non eſt agrorum vna fœcunditas, ibi poſſe Cenſum addi, vbi cultura profecerit.*

(A) *De ſpatio ſtudij egit Iac. Goth in l. 1. C. Th. de ſtudijs liberalibus, V. R.*

(B) *Aſtruit hanc expoſitionem Cuiacius in h. l. 21. §. 3.*

Accedit huic vltimæ obligationi, quod contra naturales ſtimulos faceret Frater, qui Curam bonorum, & facultatum aliorum Fratrum non ſuſciperet vti de Patre ſcripſit Paulus in *l. amiciſſimos 36. de excuſ. tut.* & hac cura frui minores Fratres, intereſt Fratris natu Maioris, & *Qui Fratri providet, ſe ipſum curat*, nos admonet præclarè Xenophon. *lib. 8. de inſtit. Cyri*, ratio ſit, quia ſi minores Fratres inopes redduntur, eos Maior Frater cogitur ſuſtinere; annuit Divus Auguſtinus relatus in *cap. cætera 22. quæſt.* 4. ibi: *Foveat itaque Hivaldus Matrem, & Fratres, quòd ſi Frater neceſſarijs ad alimenta bonis haud potiantur, eos Fratres cogitur ſuſtinere*, iuncto *cap. cum quidam 12. de iure*

*iur.*



*iur.* ibi: *Illi verò qui iurant non loqui Patri, vel Matri, vel Sorori, vel Fratri, aut eis humanitatis ſolidum exhibere, abſolvendi ſunt ab illius obſervantia Iuramenti.* concinunt *l. ſi quis à liberis, §. ſi Parens de lib. agnoſc. l. mutus de iure dot.* & hoc fieri debere ſuadet Cicero *pro Sexto Roſcio: Ne miſerrima eſſet eorum conditio, quibus non modo luctum mors Patris attuliſſet, ſed inſuper pauperiem*: vndè ſi Parens Filijs, non tantum reliquerit, quantum congruæ ſuſtentationi ſufficiat, tunc natu Maior omninò ſolutus non eſt aliquid alimentorum nomine cæteris Fratribus erogare, dummodò munus, ſeu Patrimonium, in quod natu maximus ſucceſſiſſet, id pateretur; vti in Hiſpanis Maioratibus aſſolet fieri, cum Primogenitus commodum victum Fratribus elargire teneatur. [A] Demum iniurius eſſet Frater in Fratrem, quem exheredem faceret, cuius vtique Teſtamentum querela iuſtiſſima inofficioſi poſſet interdum pulſare, & ita antiquis moribus reſcripſit Conſtantinus *l. 27. Cod. de inoffic. Teſtam.* Extat exemplum Proculeij, qui Scipione, & Murena Fratribus de Cæſare malè meritis, & bello civili ſpoliatis, [B] patrimonium ſuum ex integro diviſit, quòd cum eis iam antè poſt Patris obitum diviſerat, de quo ſic cecinit Horatius *lib. 2. ode 2.*

*Vivet extento Proculeius ævo,*
*Notus in Fratres animi Paterni,*
*Illum aget penna metuente ſolvi,*
*Fama ſuperſtes.*

(A) *Bobadilla politic. lib. 3. c. 8. n. 291.*

(B) *Pat. Vrbanus Campos apprimè doctus, en ſu Horacio Eſpañol, l. 2. ode 2. not. 3.*

Sed

Sed heu! labentis temporis litui receptui canunt, garrulamque loquacitatem prolixè incuſſant: Ergo pedem referre opus eſt.

*CÆSAR-AVGVSTÆ.*
Apud Heredes Petri Lanaja, Regni Aragonum, & Vniverſitatis Typog.

ID. MAR.

ANNI A NATIVITATE CHRISTI, ET VNIVERSA SALVTIS REPARATIONE NVMERANDI.

UNIVERSIDAD Y PROV. BIBLIOTECA DE ZARAGOZA

R Puerto Consejaris